NAZIONALE
8
25 D
7
ROMA
BIBLIOTECA
VITTORIO EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu



Digitized by Google

8-25-D-7

Opus sermonũ exactissi/

mozũ de Sanctis/per excellentẽ ac vere Seraphicũ doctozem/sacreqz theologie pzofessozem: Henricum de Yrimaria/ozdinis Heremitaꝝ diui Augustini cõpilatum: summa vigilantia reuisum ac castigatum

Yrimaria

Digitized by Google

8 25 D 7

Epistola

Spectabili prudētiqz viro Joanni Rynman/artis literatorie officineqz impressorie architecto/Matthias Hirschberg artium sacrorūqz canonū Baccalaureꝰ ꝛc. S. p. d.

Miraberis fortasse vir optime cur tue prestātie alteras iā ifas dare sategerī: quū te nec facie nozim/nec mihi dulciuscula famiiaritas: sed neqz vlla recū aliqñ quersatio fuit. Verū si diui Augustini meminisse velis sñie: q̄ inuisa q̄dez amari/incognita ꝓo nequaqz posse/ꝓfirmat Desines admirari. Nempe tuꝰ amicissimꝰ scientificꝰ mgr Thomas Spyss/vnacū Jacobo Thanner etiā ifatorie artis industrio: tue prudētie pulcerrimū: de tua industria/ciuisceqz artis impssorie/ꝛ opa nauata/ꝛ pia sollicitudine/q̄ plurimū calles/ꝛ eccl'ie per ꝺ catholice admodū ꝓdes: testimoniū fidei: re: ac mihi splēdidū reddidit ꝛ sincere dilectū. Hinc est q̄ eoz relatu affectꝰ ꝛ acēsus vehemētius q̄dē haud qui: nō paruspēdēdā de te spē ꝓcipe: q̄ id qō dudū salutarit mēte ꝓcepi/effectū scñ deducerē i opꝰ. Exin supioribꝰ amicete lris 2ueni. vt eximij ꝛ sine inuidia doctoꝝ cereroꝝ celebriū/pstantissimi doctoris Hērici de Urimaria exactissimos de Sctis sermōes officine tue traderes excudēdos. Quocōtra nbi cūcratio nōnulla ingerit/ne vl' indigni sint sollicitudie tua: vel paruulꝰ liber aut tractatꝰ eoz: qō velle videris/dū tam anxie/ꝛ eiusdē fmōes de tpe q̄ris Ast ne te sollicitū reddā/nullibi tales apō nos credas posse repiri. Sed ne tibi de Henrico nro villa besitatio surripiat id ꝑmū tibi de ipō psuasum velis. q: talis ac tantꝰ oino repit/q̄ tuo felici auspicio i plurimoꝝ etiā nō mediocriter eruditoꝝ virorꝝ publicū cōspectū pdire mereat. ꝛ q̄si q̄ dudū in puluere (ita ei se vitas bz: qō eñ nō nescio/me eloq necesse est) veluti ꝓcēptus ꝛ inglorius delituerat: tuo ductu in christicolarū multoꝝ luculentissimā instructionem piarūqz mentiū tocūdum solamen ꝛ delectatiōem ineffabilem in lucem ꝓdeat spendidus ꝛ glorioſus. Q si meritum dignitatis illius perquiris: cum accipe: vniuersitatis Parisiēn. sacre theologie pfessorem doctissimū. sicuti elicitū est ex sermonum themate partim: ꝛ eis q̄ sermone scōo Lōceptionis sacratissime Marie vginis sub L. litera exarant. Si ꝺo religionē venari pgis: frater ordinis heremitarum diui Augustini cuasit. Sub cuius regula mirumimodum flozuit: ꝛ irreprehensibiliter militauit: vti liquido claret ex sermonibꝰ. cl'vij. F. ꝛ. clxj. in pnci. Si denicqz mozes vitaeqz sanctitatem lustrare percupis: quātum pie opinari fas est: Dic vir honestissime conuersationis: vite pariter eximia sanctitate decorate: feruentissima diuina dilectione ꝛ suauissima contemplatione/sanctissimi sui patris Augustini emulans vestigia: ad summe perfectionis conscendit culmen. Haud eñ (quod verbosorum declamatorū ꝓpriuz est/qui iuxta veritatis infallibilis eulogium dicunt ꝛ nō faciunt. quicqz quod dissertione luculenta in plebibꝰ extruunt ꝛ plantant/morum peruersitate/ꝛ vita infami diruunt eradicant. qz) conditiones pnciosas in se gessit. Verū qō ꝺbo docuit/ope ꝑmū ꝑmōstrauit: oris doctrinā manuū sanctissima operatione cō-

Epistola

firmās Eius vestigijs firmiter inherens. qui ꝑmū facere cepit: post hec docere: Jugiter apud se illud aplī. j. Cor. ix. reuoluens Castigo corp⁹ meum & in seruitutē redigo: ne cū alijs ꝑdicauero ipe reprobꝰ efficiar. Et id ad Roma. xv. c. Non em̄ audeo aliquid loqui cor̄ que per me nō efficit chr̄s. Astipulat autē huic testimonio necnō preconio fideli nō cuncter/immensa charitas qua mens ipsius rāsuauissime in deum exarsit/flagrauit ardentissime. que dominē sui saucium haud ociari sinit: fm beatissimi Gregorij dictū. sed operatur ingentia. Cuius in eo flagrantissime charitatis aperta indicia/argumentaq; haud fallacia hec sunt: q̄ vix aut numq; reperies quēpiā sermonuz ipius/in quo nō vel feruorem charitatis/vl̄ diuini amoris dulcorem. itemq; feruidum diligendi deum: tum conatū: tūq; desiderium: rursumq; amoris diuini dulcedinez saporēq; intimū: & reliqua id genus efficacissima dissertione placido ore & sine dubio vehemētissimo cordis amore/frequenti⁹ sinceriusve deprompsit. que nō nisi ex flagrāti charitate diuinaq; dilectione ꝓcesserе. Quia fm Augustinū Lingua amoris nō nisi ea q̄ amoris sunt nouit loqui. Unde si: imo quia/vera & irrefragabilis est chr̄i sentētia/qua Matth. xij. dicit Ex abundantia cordis os loquit. Et bonus homo de bono thesauro profert bona: Huc nostrum Henricū ardentissima charitate ꝓstat abūdasse. tantūq; in his sermonibz thesaurū de diuina protulit dilectione. vt haud immerito/imo rectissime sibi epigraphiū Seraphici doctoris attribuat. Videatur directoriolū/quod recens inter scribendū congessi: vbi amor/charitas/dilectio & mira stupendaq; ꝓspicies. Si demū doctrine ipius dexteritatē recto rationis oculo intueri velis: audeo dicere: quia stilo suaui mediocriter/fastus tumore/curiositatis vicio inanisq; gloriole semotis ornate satis vt par est & disertus incedit/modo depresso iamq; mediocri/modo item grandi dicendi genere decurrens/peccatoribz antidotū saluberrimū ingerit/incipientibz blanditur/proficientes hortatur: diuinam vo sapientiam redolet inter ꝓfectos Denicq; in peregrinarum sententiarū expositionibz reperis acutus & nimis admirandꝰ. In figuris rarissimis coaptādis callens atq; subtiliter ingeniosus: vt iure illi aptetur quod Job. xxviij. exaratum est. videlicet Omne ꝓciosum vidit oculus eius: profunda q̄z fluuiorum scrutatus est: & abscondita pduxit in lucem. Quid plura? Talis ac tantus est vt merito nulli doctorum (ni fallor iudicio) sit posthabendus. Quis rogo rerum labentiū contemptū eo efficacius cuiuis dominū persuasit? adeo vt miserum earum sectatorem veluti famelicū panem pictum lingere dicat. Quis inq; mētis deuote suauissimā & inenarrabiliter sapidissimam diuine per contemplatiōis fastigium/in deum sublimationē clarius disertiusq; descripsit? Quis demum dominem deo ineuulsibiliter inherentem/nedum cunctis rebus caducis/& vniuersitati totius creature: verum & sibīpsi & cūctis animē tam inferioribz q̄z superioribz viribus/per Anagogen omnimodis/placidissima iocūdissima felicissimaq; morte defungi: inq; deum totaliter per morphoseon transformari planius edocuit & immergi? Q̄ si pregnātes eius sententias/siue de diuinissima trinitate/siue de intemerate dei genitricis excellentissima dignitate/singularissimisq; prerogatiuis eiusdem: siue etiam

de reliquis sanctis/quorũ p̄conijs in hoc libro summo immorat studio/virtuali perfectione in mundo: ⁊ inenarrabili retributione in solo patrio/disserẽtes/dicere pergã/añ deficiet me dies: ⁊ ingeniolo meo penitus ip̄e succũbo. Sat igitur de his supq; satis. Reliqua sedulo lectori lustranda relinquo. Rectissime itaq; mi Joannes ꝯsultiusq; facies: si hunc ip̄m nostrum doctorem tuis impendijs imp̄mi cures atq; demandes/ad plurimorum id anxie deposcentium/pia vota complenda. In quo (nihil dubites velim) christiane reipublice plurimũ conferes vtilitatis/diuini verbi seminatoribus: sed ⁊ culmen theorie conscendere gliscentib; rem gratogratiorem prestabis. qui te lustrato Henrico gratib; imortalib; cumulantes ad sidera tollent. Demuz apud deum retributorem piorum/tibi hinc ad meliora migranti/merces inenarrabilis est reposta. Ualeas iocundus ⁊ felix Nestorios in annos. Data Zittauie. iij. Nonas Martias Anno chr̄i dñi. M. d. xiij.

Digitized by Google

Sermones de Sāctis p magistꝝ Henricū de Urimaria/sacre Theologie doctorem eximiū compilati. Et pmo de sancto Andrea apostolo

Sermo. I.

Ascēdam in palmā ⁊ apprehēdam fructus eius. Lanc. vij. Sicut dicit Bern. in sermōe. p palmā arbor crucis intelligit: pciosior cunctis: fructuosior vniuersis. Stillat em̄ misericordie oleū: sudat gratie balsamū: ⁊ germinat vite fructū. Verba g̃ ꝓposita sanctus Andreas singulariter ꝓferre potuit: cū vidēs crucē in hāc vocem ꝓrupit dicēs. Ascendam in palmā ⁊c. ¶ In quib⁹ verbis ei⁹ passio gloriosa dscribit quo ad tria. Primo quo ad modū susceptiuū. Scdo quo ad tormentū afflictiuuz. Tertio q̄ ad pmiuz oblectatiuū. Primū notat cū pmittit Ascēdam: motu. s. affectiōis voluntarie. Scdm notat cum subditur: in palmaz passionis. s. afflictiue. Tertiū notat cum annectit: ⁊ apprehendā fruct⁹ eius. h est pmiū retributiōis plenarie A ¶ Circa pmum est sciendū Q ad faciliter ascēdendū in motu corpali tria requirunt. videlicet leuitas oneris/agilitas corpis/⁊ vigorositas roboris. Que q̄dez in ascēsione bti Andree ad crucem spūaliter ꝯcurrebant. In ipo em̄ pmo fuit leuitas oneris: quia tenuit apostolicam paupertatē. Scdo agilitas corporis q̄a seruauit euangelicā puritatē. Tertio vigorositas roboris: quia habuit feruidam charitatē. ¶ De pmo patet Nam btūs Andreas rōnabilr fuit leuis in ascendēdo. qz p paupertatē euangelicā ⁊ chri imitationē a se reiecit triplicem sarcinā deprimentē. vicz amorem terrenū per ꝯtemptum oim temporalium Matth. xix. Ecce nos reliquimus omnia ⁊c. Itē amorē domesticum p ꝯtēptum carnaliū parentū. Qd est ꝯtra eos q̄ per amorē parentū retrahunt a cultu diuino. q̄b⁹ verendum est qd scribitur Matth. x. Qui amat patrē ac matrē plus q̄z me/nō est me dignus. Itē amorem ꝑuatū p ꝯtemptū ⁊ abnegatōem suij ꝑius Luce. ix Qui vult veire post me abneget semetipm oib⁹. s. carnalib⁹ desiderijs ⁊ inordinatis ꝯcupiscētijs reluctādo Et iste triplex ꝯtempt⁹ notat in euāgelio hodierno. Nam ꝯtempt⁹ amoris terreni notat in hoc q Andreas ⁊ Petrus Jacob⁹ ⁊ Joānes nauem et retia dimiserunt: qz allodia nō habuerunt. Cōtempt⁹ amoris domestici notatur in h: q patrem suum Jacob⁹ ⁊ Joannes in naui reliquerūt. Sed cōtemptus amoris priuati notat in h q volūtatē ꝓpriā abdicauerūt ⁊ christo adheserunt. Ideo scribitur: secuti sunt eū. Propter qd btūs Andreas recte potuit dicere illd Job. xxiij. Vestigia eius secutus est pes meus/⁊ nō declinaui ex ea. Ille aūt vestigia christi sequitur qui eius virtutes quas nobis exemplariter ꝑtulit imitat: puta christi puritatē/charitatē/māsuetudinem ⁊ pietatē. Qui istā viam incōcusse seruauerit/secure dicere poterit: Et nō declinaui ex ea. ¶ De scdo patz. Nam agilitas bti Andree ꝓprie dependet ex trib⁹. Primo q fuit ieiunijs/laborib⁹/ac omniū ꝟtutū exercitijs attenuat⁹. Scdo: quia totus fuit igne charitatis inflammat⁹. ⁊ ideo suus affectus icessanter mouebat in deuz. Quia fm Dionysiū q̄nto aliq̄d

plus habet de calore: tanto plus habz de mobilitate, ꝛ ideo ignis quia est in summo caliditatis: est etiā i summo mobilitatis. Unde ardor diuini amoris in ꝑ apparet in apostolis ꝑm Hugonē, quia hoc ip̄m ꝙ nihil habebant ꝛ omnia ꝓpter chr̄m ꝯtempserāt: ꝑ sibi summas diuitias ꝛ sūmas delicias estimabāt. Tertio qꝛ totꝰ fuit ꝟtutibꝫ pennatꝰ. Et ideo sine difficultate cuiuscunqꝫ retardantis ad christi amplexum per crucis ascensum potuit volare. Unde de beatꝭ apl'is scribit Esaie. lx. Qui sūt hi qui vt nubes volant: ꝛ q̄si columbe ad fenestras suas ¶ Signant aūt apl'i volatu nubiuꝫ compant. qꝛ sicut nubes ꝟtute caloris solaris a terra eleuat: ꝛ in aere suspenditur: motu venti ꝓpellitur. Sic mētes apl'ice fuerūt ꝟtute luminis diuine gr̄e ab omni terrena affectiōe segregate: ꝛ in solo desiderio diuini amorꝭ suspense ꝛ in omnibꝫ suis motibꝫ fuerunt ꝑ diuinū instinctū regulate ¶ De tertio ptz. Nā feruor charitatꝭ est robur mētis: qꝛ affectuꝫ anie ita in deū transformat: ꝛ tantū in bono diuino ip̄m roborat ꝙ facit oēm amaritudinē p̄sentis miserie ꝓpter deū ferre nō solum patienter: verū ꝛ alacrit: Teste sctō Augustino q̄ dt ꝙ oīa grauia ꝛ quecūqꝫ imania leuia ꝛ ꝓpe nulla facit amor. Propter quod amor recte dicit mater totiꝰ suauitatis. qꝛ sicut claritas solis sue splendore absorbet oēm stellarū claritatē: Ita dulcor diuini amoris ex sua suauitate indicibili absorbet omnē amaritudinē p̄sentis pene. Cuius exemplū patuit i beato Laurētio: qui decio cesari insultās dixit Disce miser virtutem chr̄i: quia carbones tui nō ardorem sed refrigerium mihi p̄stant. ¶ Ex quo patet ꝙ vigor ꝛ dulcor amorꝭ diuini facit hominē quecūqꝫ aduersa ꝓ deo gaudēter ꝛ alacriter sustinere. Exemplum i apostolis Actuū. v. qui ibant gaudētes a conspectu ꝯcilij: qm̄ digni habiti sunt pro nomine Jesu ꝯtumeliā pati. Et hoc aperte claruit in beato Andrea qui graue crucis suppliciū nō solum alacriter inchoauit: sed etiam viriliter tolerauit. ꝛ feliciter cōsummauit. Propter quod aperte sibi ꝯuenit quod scribitur de Dauid. ij. Regum xv. Ascendebat Dauid cliuū oliuarū scandēs ꝛ flens: ꝛ operto capite ꝛ nudis pedibꝫ incedebat. Cliuꝰ habet in ascensu grauedinem ꝛ difficultatem. Oliua habet in fructu pinguedinem ꝛ suauitatem. Cliuus ergo oliuaꝝ est crucis supplicium: quia exterius pungit carnem: sed interius per charitatis dulcedinem vngit mentem. Hūc cliuum Dauid qui interp̄tat virilis: nudis pedibꝫ ascendit. quia btūs Andreas crucis penā viriliter inchoauit ꝛ alacriter sustinuit. Ille em̄ cliuum montis nudis pedibꝫ scandit: qui pro chr̄i nomine quālibet penā iocūdis affectionibꝫ apprehendit. Cooperto etiā capite incedebat: quia in crucis pena iocundo animo finaliter p̄seuerabat. Caput em̄ est sup̄ma ꝛ nobilior pars corporis: ꝛ ideo finalē perseuerantiaꝫ designat: que sola ꝑm Bern̄. triūphātibꝫ coronā eterne retributiōis iponit Cuiꝰ corone nos ꝑtici. ꝛc.

¶ De sctō Andrea apostolo Sermo. II.

Circa secūdū est sciendū: ꝙ crucis penalitas recte ꝑ palmā intelligit triplici rōne A ¶ Palma nāqꝫ habet in cortice rugositatē: in stipite nodositatē: sed in statura ꝓceritatē

In rugositate q̄dez designat̄ vilitas cōuicij. In nodositate penalitas supplicij. sed in stature ꝓceritate ꝓlixitas suspēdij. Cōstat em̄ ꝙ crucifixi vilius ꝑimunt̄: acriꝰ puniunt̄: ⁊ tardiꝰ moriunt̄. ¶ Primū ptz. Crux nāq; int̄ oīa tormētoꝝ genera vilissimū genꝰ reputat̄. Et iō in exaggerationē huiꝰ vilitatis scribit̄ Sapiē. ij. Morte turpissima. i. exprobratissima ꝯdēnemꝰ eum. ¶ Scdm ptz. Nā suspēsi i cruce per oīa mēbra distendunt̄: ⁊ i singul̄ nodis ⁊ iūcturis membroꝝ penis acerrimis affligunt̄. Sed hāc pene acerbitatē dulcorauit in btō Andrea vnctio diuine gr̄e. Et iō apte figurat̄ ꝑ Saul q̄ fuit vnctꝰ oleo: cuiꝰ corpꝰ philistijm suspēderūt in patibulo: vt ptz. j. Regū. xxxj. Itē deuotio interne leticie. ꝑ cuiꝰ magnitudine lachrymas deuotionis emisit cū crucē ascēdit. Itē iocūda ꝯtēplatio maiestat̄ diuine quā expssit pēdēs in cruce cū diceret. Jā em̄ video regē meū. Et bn̄ dr̄ regē. q̄r ꝑ eū i ꝓmptu debuit corona eterne gl̄ie coronari. ¶ Tertiū patz. Nā btūs Andreas toto corꝑe in cruce extēsus ꝑ biduū vixit: ⁊ tꝑe intermedio infatigabil̄r ꝓpl̄m instruxit q̄usq; splēdor radij intolerabilis sicut fulgur sup̄ eū emicuit. Et in illa claritate celestis lumis spm̄ deo tradidit. ⁊ iō nō fuit mirum si gaudent̄ in cruce ꝑseuerauit. Propter qd̄ apte dicere potuit illud Job. xxix. In nidulo meo moriar: ⁊ sicut palma multiplicabo dies. Nidꝰ ē asper exteriꝰ/⁊ suauis interiꝰ: ⁊ iō signat penā crucis. q̄r licz habebat asperitatē in corꝑe ꝓpter magnitudinē: tn̄ ꝑmij habet suauitatē in mēte. Et ideo btūs Andreas noluit ab ea separi. sz potius exemplo christi voluit in cruce mori. Un̄ rogabat deū vt eū nō ꝑmitteret de cruce deponi. Ex q̄ factuz est ꝙ cū carnifices manus extenderēt vt eum de cruce deponerent/stupentibꝰ eoꝝ brachijs ipsum attingere non poterant. ¶ De his tribꝰ simul potest exponi illud Cañ. v. Come eius sicut elate palmarum nigre quasi coruus. Per comas ipius chr̄i itelligunt̄ beati apostoli Andreas ⁊ Petrꝰ: q̄ crucis martyrio comitati/sibi tanq̄ come ⁊ capilli suo capiti adheserunt. q̄ etiam recte dicunt̄ quasi elate palmarum: q̄ sūt rami ꝓductiores ꝓpt̄ mortis ꝓlixitatem. Sed dicunt̄ nigre ꝓpter liuoris penalitatez. Est em̄ nigredo color liuidus q̄ remanet ex ꝑcussione doloris. Sed dicunt̄ quasi coruus ꝓpter pene vilitatē. In coruo em̄ qui rebꝰ putridis ⁊ vilibꝰ insidet/supplicij vilitas designat̄. B ¶ Circa tertiū est sciendum: ꝙ premiū crucis finaliter delectans ꝑ fructum palme cōuenienter intelligitur triplici ratione. Fructus em̄ palme est calidus humidus ⁊ sapidus. Et ideo ex sua caliditate habet virtutē mūdificatiuaz. ex sua humiditate habet virtutem mollificatiuam. ⁊ ex sua saporositate habet virtutez oblectatiuam. Sic pena crucis pro christo voluntarie assumpta mentem rationalem mundificat: quia liberat a culpa. Iram dei mollificat: quia reconciliat ab offensa. Sz spiritū indicibiliter oblectat: quia collocat in gloria. Et hec tria sunt viuifice crucis beneficia siue remedia nobis prouisa cōtra tria mala que homo ex ꝑma ꝑuaricatione ligni vetiti incurrit. videlicz culpe iniquitatem: ire seueritatem ⁊ pene calamitatem. a quibus per triplicem crucis fructum diuinitus expiamur. C ¶ De ꝑmo ptz Apocal̄. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis no. i san. suo. Ubi icidit rōnabil̄ dubitatō. Cū ei sāguis suo rubore

plus habeat inficere q̃ dalbare. Quō ergo sanguis chr̃i nos potuit abluere a macula peccati? Ad quod dicendū: q̄ sicut tradūt physici naturales Sāguis in māmillis ꝑ̄ virtute caloris naturalis decoctus in lactis nitorem conuertitur. Et quia sanguis christi fuit decoctus triplici calore. s. feruore charitatis qua ꝓ nobis pati voluit/ ⁊ dolore passionis quā pro nobis voluntarie sustinuit. ⁊ ardore compassionis q̄ materno dolori pie compassus fuit. Quia sicut dicit Anselm⁹: plus doluit de materno dolore q̃ de ꝓprio liuore. Ideo nō est mirum si sanguis chr̃i virtute huius triplicis coloris in lactis formā versus fuit: ratiōe cuius virtutē dealbatiuam habuit: iuxta illud Apoca. xxij. Lauerūt stolas suas ⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni ¶ De secūdo patet. Pena em̄ crucis ꝑ chr̃m volūtarie ꝓ nobis assumpta iram dei placauit: ⁊ nos patri recōciliauit. Et ideo scribit Ephes. v. Tradidit semetip̄m ꝓ nobis. i. pro nostra recōciliatione oblationē ⁊ hostiā deo vt videlicz iram dei placarz: ⁊ diuine iusticie ꝓ nobis satisfaceret. quia peccatum nō remittitur sine pene satisfactione. Et ideo vt esset copiosa apud deum redemptō: nō solum per suum sanguinem: sed ⁊ omnē penam nobis pro peccato debitam ꝓ nobis sustinuit: iuxta illud Esaie. liij. Vere languores nostros ip̄e tulit. D ¶ De tertio patz. Nā huius fructus suauitas ꝯuenienter designat fructum celestis glorie/ qui mentez rōnalem indicibili suauitate delectat. De q̄ scribit Prouerb. iij. Bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus. Hūc autē fructum hic prelibam⁹ in ꝯscientie iocūditate que prouenit ex mētis interna puritate: quaz dū mēs pura in seip̄a ꝯtemplat inestimabili gaudio reficitur: cui nulla delectatio transitoria poterit comparari. quia secura mēs quasi iuge ꝯuiuium. Prelibam⁹ etiā ip̄m i ꝯtēplationis serenitate: q̄ mirabiles delectationes affert firmitate ⁊ puritate: vtz. iiij Eth. De q̄ pōt exponi qd̄ scribit Deu. xxxij. Cōstituit eum sup̄ excelsam terram vt come. fru. agro. Mēs em̄ cōtemplatiua sup̄ excelsam terram ꝯstituitur: qñ omnia terrena desideria supergrediens in capite cōtemplatiōis erigit. Et tūc comedit fructus agroꝝ quia ibi reficit iocūda cōtemplatione creaturarū. Sed quia in ꝯtemplatiōe creaturaꝝ nō quietat mentis desiderium q̄usq̄ p̄mū ⁊ summū bonū apprehendat: Ideo pro ꝯtemplatōe creatoris subdit: vt sugeret mel de petra oleumq̄ de saxo durissimo. Per mel nāq̄ intelligit dulcissima suauitas q̄ habet in fruitione diuinitatis. Per oleum v̄o intelligit affluētissima iocunditas que habet in contemplatiōe humanitatis: q̄ bene ꝑ saxum durissimū intelligit. quia christ⁹ nulli tribulationi vnq̄ cessit: sed semp̄ in iocūda patientia immobilis ꝑmansit. ¶ Et iste fruct⁹ bñ in beato Andrea apparuit qñ pre interno dulcore diuini amoris penā crucis alacriter sustinuit. ⁊ in tāta claritate celestis luminis spiritum exhalauit. Cuius dulcoris nos participes faciat ⁊c.

¶ De sctō Nicolao ser. p̄mus Et in ordine. III.

Petra fundebat mihi riuos olei. Job. xxix. Verba ꝓposita ꝯuenient exp̄munt in ꝑsona toti⁹ eccl'ie vel etiā cuiuslibet anīe deuote/ beati Nicolai

merita attollentis: z de suis patrocinijs gloriatis. vt sit sensus. Petra. i. b. Nicolaꝰ i roꝰ ꝓtuꝭ pfectõe ad modũ petre firmꝰ z solidꝰ: fũdebat mihi id est i me liberaliꝫ effundebat riuos olei. ℬ est pietatẽ multiplicꝫ sui patrocinij. In q̃bꝰ ꝯbis beãs Nicolaꝰ commẽdat. Primo a sue sctitatis pfectõe cũ ꝓmittit: petra. Scõo a sue pietatis diffusiõe: cũ subdit: fundebat mihi riuos olei. ℬ ¶ Circa ꝓmũ est ꝑsiderandũ: q̃ pfectio sctitatis bti Nicolai ꝓuenienꝫ p petrã dat intelligi. quia fuit illi petre q̃ roꝰ nr̃e sctitatis ẽ fortis et cãle ꝓnm pfectissime ꝑformatꝰ. De q̃ ꝺt Aug. in de vera religiõe. Q̃ tota vita cbi in terris disciplina morũ fuit. Q̃ ꝓbat p ℬ: q̃ nullum peccãm cõmitti põt: nisi dñi appetitꝰ q̃ ille cõtempsit. vel fugiunt̃ que ille sustinuit ¶ Sed diceret aliq̃s. Cũ determinato rũ effectuũ determinate sint causę. oleum aũ naturaliter fluit de oliua: nõ de petra: videt̃ mirabile q̃ ꝺt petrã fudisse riuos olei. Ad q̃ dicẽdũ q̃ fm doctrinã Dionysij pfectões q̃ i supioribꝰ sunt simpliciter z vnite: sũt in inferioribꝰ sparsim z multiplicate. Et ió ꝓpter pfectã repũtationẽ spũalitꝫ p corpalia: oportet a diuersis rebꝰ varias similitudines mẽdicare ad ipãꝝ pfectionẽ diuersimode exprimẽdã. Vñ bẽus Nicolaꝰ compat oliue ꝓpter abũdantiaz pietatis. Petre ꝙo ꝓpter ꝙstantiã firmitatis z sctitatis. ℬ ¶ Põt aũt dici q̃ pfectio sctitatis bti Nicolai cõparat petre acutissime q̃ꝰ seruoꝝ sue deuotiõis. petre durissime ꝓpter vigorẽ sue dilectiõis. z petre sublimissime ꝓpter honorẽ sue p̃ arõis. ¶ De ꝓmo põt intelligi q̃ scribit Exo. iij. q̃ Sephora tulit petrã acutissimã z pcidit ꝓpuciũ filij sui. Sephora interpretat auis eiꝰ: vel placens adhesit: z signat btm̃ Nicolaũ: q̃ fuit auis p volatũ sue pterne ꝯtẽplatiõis. z cbo placẽs adhesit p gustũ interne deuotiõis. Dicat aũ rẽ tulit petrã acutissimã: q̃ appbẽdit deuotione feruentissimã. z pcidit ꝓpuciuꝫ filij sui: q̃ a corde suo segregauit oẽs illicitas cogitationes: z ipudicas affectões: vt merito dicere possit illꝫ Job. xxvij. Nõ repbendit me cor meum i tota vita mea. Ut aũt feruoꝝ sue deuotiõis meritꝰ duceret̃: põt dici q̃ eius deuotionẽ ꝓbat ꝙsciẽtie puritas quã semꝑ seruauit adhesiõs ꝙsilio sapientie ꝓuer. iij. Omni custodia serua cor tuum: q̃m ex ipo vita ꝓcedit. Jrẽ oratonis assiduitas q̃ vacauit etiã in sua iuuẽture. Vñ de ipo legit̃ q̃ ad huc puer/eccl̃ie limina frequẽtabat z in senectute. Vñ ꝺ: q̃ factꝰ epus in oratione vigilabat. z etiã in morte: quia tũc legit̃ dixisse: In manꝰ tuas domine cõmẽdo spm̃ meũ. Jrẽ ꝑsse austeritas quã puerul̃ inchoauit. Naz ad vbera matris pendẽs/feria q̃rta z sexta tm̃ semel i die lac sugebat. Feria q̃dem quarta in afflictionẽ corꝑis q̃ est compositũ ex q̃tuor elemẽtis. Feria ꝟo sexta in renouationẽ spũs: q̃ sexta die qua cõditꝰ est a gratia lapsus fuit. ¶ Ubi diligẽter ꝙsiderãti mirabilis occurrit ieunij inchoatio. Sed mirabilior dicẽdi distinctio. Maxime ꝟo mirabilis est future gre p̃figuratio. que vtiq̃ ipum mire sctitatis bominẽ futuꝝ ostẽdit: q̃ sic mature i puero refulsit. ℒ ¶ Sed ꝓbdolor ab ℬ feruore deuotiõis multi deficiũt Nã q̃dã a pura ꝙsciẽtia defluũt p animales cogitatões: q: si facultas desit pcm̃ explẽdi in opẽ: saltẽ volũt eo fruari in cogitatõe. De q̃bꝰ scribit Esa. lxvj. In abominatiõibꝰ suis ania eorũ delectata est. Quidam aũt ab oratione deuota defluũt p oblocutões z de-

tractiōes. qui siq̄d boni in aliis vide-
rint ꝑ detractiōem suffocant. Et siq̄d
mali suspicant̄ sua temeritate aggra-
uāt ⁊ augmentāt. De q̄bꝰ scribit̄ Eccl.
xj. Bona in mala ꝯuertit insidiator ⁊
in electis imponit maculā. Quidā ꝟo
ab austera pnia defluūt ꝑ carnales de-
delectatōes: q̄ computruerūt sicut iu-
mēta in stercore suo: vt scribit̄ Joel. j.
A q̄bꝰ maxime ꝟitatis amatores caue-
re debēt, q̄ nihil tantū impedit a veri-
tatis ꝑceptiōe q̄ntū vita libidini de-
dita: vt dt̄ Aug. in de vera religiōe
D ¶ De scdo pōt intelligi q̄d scribi-
tur Deut. viij. Eduxit riuos de petra
durissima. Q̄d bene ꝯgruit btō Nico-
lao: q̄ riuos bone opationis eduxit de
petra solidissime dilectiōis. Recte nā
q̄ soliditas dilectōis petre durissime
compat̄. Est em̄ dura: quia nulla pro-
speritate seu voluptate emollit̄. duri-
or: q̄ nulla aduersitate frangitur. sed
durissimia: q̄ nulla tribulatione nec
etiam morte superat̄. Est em̄ fortis vt
mors dilectio: dura vt infernus emu-
latio: sicut scribit̄ Cañ. viij. Ideo bea-
tus Nicolaus propter soliditatē sue
dilectionis bene dicere potuit cū apo-
stolo Rhoma. viij. Quis nos separa-
bit a charitate dei: tribulatio: persecu-
tio an gladius? Unde bene signatur
per virum sapientem qui domū suaꝫ
fundauit supra firmā petram: vt scri-
bitur Matth. vij. Quia beat⁹ Nico-
laus mentem suam solidauit sup̄ cha-
ritatem robustissimā, ⁊ ideo dom⁹
eius (sicut ibidem scribit̄) nec poterat
moueri per pluuias carnalium dele-
ctationuꝫ: nec per ventos tentationū:
nec per flumina quarūcunq̄ tribula-
tionū. Sunt em̄ tria que maxime cō-
sueuerunt animū hominis immuta-
re: videlicꝫ etas/dignitas/⁊ prosperi-
tas. Sed beat⁹ Nicolaus in charita-
te solidatus nec fuit mutatus ꝓpt̄ eta-
tem. quia sicut dies iuuētutis ita ⁊ se-
nectutis eius. Deut. xxxiij. Nec pro-
pter dignitatem. quia eandem humi-
litatem seruauit in p̄latione quam p̄-
us seruauerat in subiectōe. Nec ꝓpter
ꝓsperitatē: quia equanimiter se habu-
it in diebꝰ ꝓsperitatis sicut in aduer-
sitatis. Unde de ip̄o legit̄ ꝙ eandem
humilitatem ⁊ eandem morū graui-
tatem quā p̄us habuit/in pontificatu
seruauit: Imo sicut flatus venti ignē
accendit: ita labores ⁊ sollicitudines
beato Nicolao ex pastorali officio im-
minētes charitatem in eo fouebant ⁊
nutriebant. Quod maxime patuit in
afflictoꝝ compassiōe. Unde de ip̄o le-
gitur ꝙ fuit valde compatiens ⁊ sup̄
afflictos pia gestans viscera. ¶ Item
in periculoꝝ liberatione. Unde legit̄
ꝙ tres pueros iniuste damnatos con-
stanter eripuit ⁊ iudicem rep̄hendit.
¶ Item in subditorū sollicita infor-
matione. Unde legit̄ ꝙ factus ep̄us
sollicite ꝓpl'o p̄dicabat. E ¶ De
tertio potest intelligi quod scribit̄ in
psal. Dum anxiaret̄ cor meū in petra
exaltasti me. Que ꝟba recte possunt
cōuenire beato Nicolao: qui dum de
statu humilitatis ⁊ declinatiōe tanti-
oneris ⁊ honoris esset anxius: fuit in
petra pontificalis dignitatis ꝑ diui-
nam gratiam sublimit̄ exaltat⁹. Un-
de recte potuit dicere illud ps̄. Sta-
tuit supra petram pedes meos ⁊ dire-
xit gressus meos. Bene siquidem de-
us beatum Nicolaum supra petram
statuit: quādo ip̄m in dignitate pon-
tificali propter eius sanctitatem miri-
fice sublimauit. Bene etiam gressus
suos direxit: quia sua voluntas ⁊ af-
fectio a rectitudine iusticie nunq̄ de-
clinauit. Unde sibi cōgruit quod scri-
bitur Job. xxix. Justicia indut⁹ sum

⁊ vestiui me quasi diademate iudicio meo. F ¶ Qꝛ autē beatus Nicolaus ꝓpter eius sanctitatem ad pontificalem dignitatem fuerit sublimatꝰ euidenter apparet. Primo si ꝯsideremus p̄rogatiuā sue ꝓmotionis Fuit em̄ diuino oraculo p̄mōstratus quādo voce lapsa de celo ip̄m fore dignū summo sacerdotio declarauit. Secūdo si consideremꝰ resistētiam ꝓprie excusatōis/qua se tanti status indignū humiliter restabat. Unde legit ꝙ sue coronationi multū renitēs obstiterit: ⁊ pontificalem infulaz q̄z plurimū recusauit. Tertio si ꝯsideremus efficaciam diuine inspirationis. quia ⁊ per orōnem fuit impetratus: ⁊ ab omnibus cōcorditer approbatus. Unde legitur ꝙ viso eo certatim omnes laudauerūt magnalia dei. Unde d̄ eius sublimatione mirifica potest appropriate intelligi qd̄ scribit Sapien. xj. Sitiuerūt ⁊ inuocauerūt te domine: ⁊ data est illis aqua de petra altissima. vt sit verbū directiuū episcopis ⁊ alijs electoribus beati Nicolai qui reuera sitiuerūt: quia suam ꝓmotionez ardenter petiuerunt ⁊ inuocauerunt te domine: ⁊ hoc per instantiam orationis deuote Et data est illis aqua de petra altissima. quia per diuinā reuelationem sunt consolati ⁊ refrigerati d̄ beati Nicolai sublimatione. Et hoc de p̄mo. in quo beatꝰ Nicolaus ostēditur venerabil' ex sue sctitatis ꝑfectione. Cuiꝰ nos partici. ⁊c.

¶ De sctō Nicolao ser. scd̄o Et in ordine. IIII.

SEcūdo nobis proponit vt amabilis ex sue pietatis diffusiōe: cum subdit: fundebat mihi riuos olei A ¶ In q̄bus verbis sue pietatis diffusio attollit ex tribꝰ ¶ Primo ab eiꝰ liberalitate: ⁊ ideo dicit fundebat nō vendebat seu distillabat. sed liberaliter effundebat. ¶ Secūdo ab eius copiositate. Et iō dicit riuos/nō guttas: vt sue pietatis copiositas declaretur. ¶ Tertio ab eiꝰ multiformitate: ⁊ ideo dicit olei. qd̄ s̄m Bern̄. sup Canti. sermōe. xv. multiplicez effectū ⁊ ꝓprietatem habz. ¶ Primo dico ꝙ sue pietatis diffusio attollit ab eiꝰ liberalitate. quia totum suuz patrimonium pro christo liberaliter distribuit ⁊ effudit. vt patet in hoc/ꝙ triplici pondere auri trium virginū stupruz prohibuit: ⁊ patris earū inopiam releuauit. Unde cōuenienter potuit dicere illud quod scribitur Esaie. xliiij. Effundam aquam super sitientem: et fluenta super aridam. quia aquam tēporalis substantie per pietatem liberaliter effudit super sitientem: hoc est super indigentem. ⁊ fluenta super aridam: quia affluenter releuauit eiꝰ inopiam. Propter quod sibi congruit quod scribit in psal. Dispersit dedit pauperibꝰ. Ip̄e est em̄ ille beatus diues qui post aurum nō abijt nec sperauit in pecunie thesauris. Ubi signāter triplex gradus perfectionis implicatur B ¶ Magnum est enim diuitias nō appetere cum nō habent Et ideo d̄t: btūs diues q̄ post aurū nō abijt. Maiꝰ est in eis spem nō ponere cum habent. ideo d̄t: nec sperauit i pecunie thesauris. Sed maximum est eas dispergere vt cōmunicent. ⁊ ideo dicit: Quis est hic et laudabimus eū Sed nos possumus respōdere: ꝙ reuera iste est beatus Nicolaus: qui iō fuit beatꝰ. qꝛ aurū nō appetijt: sed abiecit. Beatior ꝟo: qꝛ i ip̄o nō sp̄auit sz ꝯtēpsit. Uñ legit ꝙ gl̄iaz mdi spreuit

cum fuis oblectationibꝫ. Sed fuit beatissimus: quia diuitias semp pie dispersit ⁊ liberaliter erogauit. Ūñ dicit Grego. xxiij. moral. Sanctis viris ipa rerū affluentia onerosa est: quia hoc ꝑpm grauiter tolerant ꝙ festinantes ad patriam in itinere multa portant. Et ideo aut despiciendo deserūt aut largiendo distribuunt. ℒ

¶ Secūdo sue pietatis diffusio attollitur ab eius copiositate: cum subdit Riuos. In quo verbo copiositas sue pietatis decenter exprimit. Nam quia pietas miserationis diuine generaliter in omnē creaturā diffundit: Ideo nomine fluuij exprimit Eccli. xxiij. Ego sapientia effudi flumina. Pietas vo hominis quia particularis est ⁊ solū respicit primū: decenter nomine riui intelligitur. Et hanc differentiā videtur innuere sapiens Eccli. xviij. Miseratio hominis circa ꝓximū suū. Miseratio aūt dei super omnē carnem. Et ideo ō hac eius copiosa pietate potest intelligi quod scribitur Esaie. xxxij. Locus fluuiorū riui latissimi ⁊ patētes. In quibꝫ verbis circa suam copiositatem tria notabiliter implicant. Primū est sua capabilitas ad tantorum donorū receptionē: ideo signanter dicitur locus fluuiorū: quia in eo fuit plena capabilitas celestiū donorum. Hec capabilitas fuit sua ꝓfunda humilitas: quia ſm Augustinuꝫ fluenta gratiarum declinant cacumina montium ⁊ defluunt ad ima conuallium. Secundū est sue copiositatis diffusibilitas: ideo dicitur riui latissimi. quia riui sue pietatis fuerunt in omnes vsqꝫ quaqꝫ diffusi: vt statim patebit. Tertium est sue diffusionis facilitas: quia ⁊ ipe etiam se faciliter diffudit ad omnes ipm deuote inuocantes. Quod patet. Nam adest languentibꝫ in sanitatis restitutiōe. Ad est peregrinantibꝫ in naufragij libertatione. ⁊ adest esurientibꝫ in fructus augmentatiōe. Que tria tanguñ in ꝓsa sua cum dicitur. Solpitati dedit egros olea perfusio: quo ad ꝑmū. Nicolaus naufragantium affuit presidio: quo ad secundū. Et infra. O qꝫ sanctū dei ꝓbat fructus augmētatio quo ad tertium. D ¶ Tertio sue pietatis diffusio attollit ab eius multiformitate cuꝫ annectitur: olei. Fundebat inquit mihi riuos olei: ⁊ boc cōuenienter. Nam istos riuos olei fudit de celo: fudit ō tumulo: ⁊ fudit ō mūdo. De celo siquidem fudit oleum singularis exultatiōis. de tumulo fudit oleum spūalis consolationis. sed de mūdo fudit oleum generalis miserationis. Primū ergo quod fudit de celo potest dici oleum letitie quo conscientie serenantur. De quo scribitur in psal. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Tunc eñ oleo letitie ⁊ gaudij spiritualis vngitur conscientia quando nec in cogitationibꝫ aliquid inhonestum: nec in affectionibꝫ aliqd impudicum: nec in actionibꝫ aliquid sordidū inuenit. Et ideo scribit Prouerbiorū. xv. Secura mens quasi iugge cōuiuium. ¶ Secundū quod fudit de tumulo est oleū medicine: quo infirmi ⁊ debiles restaurant. De quo potest intelligi quod scribitur Deut. xxxij. Ut sugeret mel de petra oleūqꝫ de saxo durissimo. Ubi signanter liquor sue pietatis dicitur mel. quia infirmos delectat. sed dicit oleum quia egros sanat. Uerūqꝫ tñ sugi ō: de petra durissima. qz ꝑ deuotā inuocationē verūqꝫ trahit ad lram de ipius tūba lapidea Juxta illud: Ex eius tumba marmorea sacrum defudat oleum

quo liniti sanant infirmi. cecis visus: surdis auditus reddit. ⁊ debilis q̄sq; recipit sospitatem. Tertiuz qd̄ fudit i mdo est oleū miscōie q̄ oēs nostre necessitates ⁊ indigentie releuant. De h pōt intelligi qd̄ scribit Lañ.). Oleum effusum nomē tuū. Sed nota q̄ illd̄ oleum signāter dr̄ effusum ⁊ nō infusum. Sunt em̄ q̄dam q̄ illud oleum pietatis habēt tm̄ infusum ⁊ nō effusum. ⁊ isti sunt q̄ dona gr̄e participāt q̄ ad suam sufficientiam: sed aliis nō influūt p redundantiā. Qui recte dicere possunt illud. iiij. Regū. iiij. Uiuit dn̄s quia nō habeo nisi parū olei quo vngar. Sed brūs Nicolaus oleum miserationis nō soluz habuit infusum q̄ ad ꝓpriam sufficientiā: sed etiā effusum in alios p liberalē redūdantiam. Bene em̄ isto oleo miserationis abūdat qd̄ ab eo indeficienter manat Et h bene figuratū est p illud qd̄ scribit. iiij. Regū. iiij. Nec dicit dn̄s Farina hydrie nō d̄ficiet: nec lechyt⁹ olei minuet. Bene siq̄dem illud oleū indeficiēs ꝑhibet: quia nec sibi deficit ad p̄miuz: nec nobis ad suffragiū: nec lāguentibꝰ ad remediū. Om̄es g̃ ad beatū Nicolaū toto mētis desiderio recurram⁹: vt suis meritis nobis impetret oleum gratie in p̄senti ⁊ glorie in futuro Amen.

¶ De Cōceptiōe btē Marie v̄ginis sermo p̄m⁹ Et in ordine. V.

Sanctificauit tabernaculū suū altissimus In ps̄. In v̄bis ꝓpositis mystice intellectis festum Conceptionis gloriose v̄ginis describit quo ad tria Primo q̄ntum ad sanctificatiōis effectiuū p̄ncipium/cū dicit altissim⁹. Scd̄o q̄ntum ad sanctificatōis actū cum dicit/sanctificauit. Tertio q̄ntū ad sanctificatiōis subiectum: cū dicit tabernaculum suū. In sctificationis p̄ncipio apparet dignitatis excellentia qua sup omnē creaturā est eminētius sublimata. In sctificatiōis actu ⁊ modo lucet vbertatis affluentia: q̄ mens btē Marie donis ⁊ gratijs vltra omnē purā creaturā vberi⁹ est repleta. Sed in sanctificatōis subiecto apparet habilitatis ꝯgruentia ꝓpter quā in matrē verbi ab eterno singulariter est electa. Uñ ad istoꝝ euidentiam sunt p̄mittende due q̄stiones anteq̄ ad ꝓpositum accedamus A

¶ Prima ē: qualit̄ ista dies ꝓprie debet nominari. Secūda est: an iuste ⁊ rōnabiliter debeat celebrari. ¶ Ad p̄mā dicendū q̄ hec dies pōt tripl'r nominari. Primo dicit dies sue ꝯceptionis: q: beata virgo fuit in vtero materno concepta. qd̄ ex hoc colligit. q̄a ab isto die vsq; ad diem natiuitatis eius nouē menses fluxerūt. Secūdo dicit dies sue sanctificatōis: quia nō longe post eius corporalem ꝯceptionem fuit in materno vtero sanctificata. vt infra clarius apparebit. Tertio dicit dies sue eterne electiōis: qua ab eterno fuit in matrem verbi ⁊ in templum dei singulariter electa. q̄ q̄dem electio hodie fuit in effectu completa. Cui attestat etiā sanctificatio singularis. ¶ Ad scd̄am q̄stionē est dicendum: q̄ triplex est ꝯceptio beate v̄ginis. Una corporalis q̄ ꝯsistit in cōiūctione seminū. Alia humana/q̄ consistit i vnione anime ⁊ corporis. Tertia diuina/que ꝯsistit in infusiōe gratie: per quam beata virgo fuit in vtero matris sanctificata. Licz aūt p̄ma conceptio nō sit celebrabilis: quia in ea nulla sctitas apparet. eo q̄ illa mas

sa corpalis cū sit inaniata: etiam ania sensitiua nō ē gratie susceptiua. Nec etiā scd̄a celebrabilis est. quia statim vt ania illa bñdicta fuit corpori vnita in eodem instanti ex ꝯtactu ei⁹ ad corpus fuit ꝑ peccatum originale maculata ⁊ infecta. ⁊ hoc ꝓpter morbidā infectionē preexistentē in corpore ex corruptione fomitis: vt cōmuniter tenet a doctoribꝰ. Tertia tñ ꝯceptio est celebrabilis ⁊ in ordine ad istā sanctificationē illud festū est celebrabile. Et ideo ꝓprie loquēdo magis deberet dici festū sanctificationis q̄ꝫ Conceptionis: q̄ꝫuis vtrūq̄ꝫ dici possit. quia ꝑ illam sanctificationē etiā in gratia cōcepta fuit. ¶ Quo p̄misso circa principale ꝓpositum duo p̄ncipal'r sūt videnda. Primū vicꝫ de hui⁹ diei sanctitate. Scd̄m de sue celebritatis ⁊ obseruantie fructu ⁊ vtilitate. B

¶ Circa p̄mū tria sūt videnda q̄ ꝓprie suā sanctificationē ꝯcernūt. Primū est qñ btā ꝟgo fuerit in vtero sanctificata. Scd̄m qualit' fuerit sanctificata. Tertiū qualiter sua sanctificatio differat ab alijs simil'r ī vtero sanctificatis. ¶ Propter p̄muꝫ est sciendum: q̄ licꝫ aliqui doctores ob reuerētiam ꝟginis voluerūt dicere q̄ beata ꝟgo nunq̄ꝫ ꝯtraxerit pctm̄ originale: quia ab hoc vt dicūt fuit p̄seruata ex speciali p̄uilegio gratie. hoc tamē cōmunit' nō tenet: quia repugnat sacre scp̄ture apl'o dicēte: Q̄ sicut in Adaꝫ omnes moriunt: ita ⁊ in chr̄o oēs viuificabunt. Unde licꝫ hoc dictū videatur tendere in quandam specialē reuerentiam virginis gloriose: tollit tamen maiorē reuerentiā in ip̄o christo qui ex hoc est cōmunis redemptor omnium hominū: q̄ omnes homines ꝑ ip̄m sunt liberati a damnatione prime preuaricationis. quod nō habuisset locum in beata ꝟgine: quia nulla redemptione indiguisset/si in peccato originali concepta nō fuisset. Et ideo alij dicunt: q̄ licꝫ concepta fuerit in originali/in eodeꝫ tamē instanti realiter: sed in alio signo instātis fuerit emundata per gr̄am. Sed nec b̄ stare potest. quia ꝓpter repugnantiaꝫ culpe ⁊ gratie impossibile est q̄ in eodem instanti realiter ania sit sub culpa ⁊ gratia. Et ideo alij dicunt ꝓbabilius q̄ nō in eodem instanti quo fuit per originale infecta: sed in alio instāti proximo/sicut nature possibile fuit est per gratiā purgata ⁊ sanctificata. Et in hoc apparet q̄ꝫsollicite diuina prouidentia beatam virginē in puritate ꝟuauerit. quia tempe breuissimo ⁊ quasi imꝑceptibili ip̄am in originali permisit. ⁊ q̄ꝫcitius vnq̄ꝫ fieri potuit ip̄am per gratiam emundauit. C

¶ Propter scd̄m est sciendū: q̄ tota sanctificatio beate virginis ꝯsistit in quadā larga influentia diuine gratie Et licꝫ omnes persone diuine illā gratie influentiam operent' cōmuniter et indiuise. dicere tamē possum⁹ ꝟm q̄ndā adaptationē: q̄ quelibet diuinarū ꝑsonarum in hac sanctificatiōe aliq̄d appropriate fuerit opata. per qd̄ beata virgo in templū dei ⁊ in matrē verbi fuit diuinitus cōsecrata. Nam spiritussanctus per suā influentiā ip̄am appropriate purgauit a macula originali. ⁊ imaginē rationaleꝫ ornauit tāto decore ꝟtuali/q̄ reducta est ad nitorem primeue puritatis: in qua creata fuit ad similitudinē beatissime trinitatis. Persona ꝟo filij ip̄am appropriate repleuit splēdore sapiētie ⁊ deiformis claritatis: ex qua mens sua ꝓducta fuit in perfectam cōformitateꝫ diuine assimilationis: ⁊ in quandam deiformitateꝫ diuine puritatis. Sed

persona patris appropriate per suam virtutem omnes vires anie sue firmauit in tam soliditate virtutis z gratie: q infectio fomitis nunq̄ sui ap/petitum potuit inclinare ad aliquam cōcupiscentiā venialis peccati: que tamen in alijs cōmuniter naturā dupliciter sauciare cōsueuit. Primo p̄ pronitatem ad malum. Secūdo p̄ difficultatem ad bonum: quorum vtrūq̄ efficacia gratie p̄tribuit in Maria. qa virtute sue sanctificatiōis fomes ita fuit ligatus q nullam habuit p̄nitatem ad aliquā cōcupiscentiam inordinatam. Omnes etiam vires anime ita fuerūt firmate in bono rōnis q stabant in quadā mentis puritate: etiam sue vires iugiter erant ad actū virtutū delectabiliter inclinate. Un̄ poterat dicere cum sponsa Cant. ij. Dilectus meus mihi z ego illi. quia diuinus amor ita plene cor suū sibi vendicauerat/q ad nullū aliud bonū creatum poterat delectabiliter inclinari. D ¶ Propter tertiū est sciendum: q sanctificatio beate virginis emplicter excedit sanctificationē aliorum in vtero sanctificatorū. Primo q̄dem in tempore celeritate. Nam beata vgo fuit per gratiam sanctificantē p̄uenta celerius alijs in vtero sanctificatis Quod patz. quia Hieremias non lōge p̄us q̄ nasceret sanctificatus fuit. vt pōt elici ex circūstantia verborum sue sanctificationis: vbi dicit absolute: Anteqū exires de ventre sanctificaui te. Joānes aūt baptista in ventre mē se ex p̄sentia xp̄i z salutatione Marie. Unde dixit Elisabeth. Ecquo facta est vox salutationis tue in auribus meis/exultauit in gaudio infans in vtero meo. Hec em exultatio Joannis in vtero fm glosam fuit quoddā internū gaudium quod ipse concepit ex xp̄isti p̄sentia z ex gratie sanctificātis influētia. Sed beata virgo vt est visum fuit sanctificata in proximo in stanti signaculi per naturam/post eius infectionem. ¶ Secūdo in muneris largitate. Nam sicut beata virgo fuit p̄uenta celeri⁹: ita fuit munere gratie ditata copiosius. Quod patet ex hoq: alijs i vtero sctificatis fuit collatū q postea nunq̄ peccauerūt mortaliter. Marie aut̄ vltra hoc collatus est q nunq̄ peccauit etiam venialiter. Et h̄ fuit iudicium maxime gratie que nō solū vulnus nature sanaret. Sed etiam ipam naturam supra omnē legez nature corrupte extolleret. Unde dicit Bernar. Puto copiosius munus gratie descendisse in virginem que nō solum eius mentē sanctificaret: verū etiam ip̄am ab oīni peccato deincepo custodiret immunē. Quod vtiq̄ rationabiliter factū fuit. Nam fm Dionysium quanto aliquid est primo lumini propinquior: tanto copiosius influentiā lucis participat. Ecquia maria inter omnes creaturas fuit propinquior ipsi xp̄isto/qui fm naturaz diuinitatis est causale principium omnis luminis gratie z virtutis: Ideo oportuit vt lumen gratie copiosius p̄ omnib⁹ alijs participaret. ¶ Tertio excedit alios in effluentis gratie vbertate. Quod patz. Nam licz abūdanā gratia in Joānem ac in patrem z matrem eius effluxerit: qui ambo ex hoc receperūt gratiaz p̄betādi: ab ipa vgine gratie copiositas i oēs se diffudit. Jō taciter possum⁹ dicere de matre sicut z de filio: q de plenitudie ei⁹ nos oēs accepim⁹ Un̄ ōt Bern. Acui ei⁹ intuemi q̄nto devotōis affectu cā a nob bonorare voluerit q tot⁹ boni

plenitudinẽ posuit in Maria. vt pin de si q̃d speꝛ/si quid ℞ructis in nobis sit: nõ nisi ab ea in nos nouerimus re dũdare. Cuius gratie participes nos faciat ꝛc.

¶ De Cõceptiõe bt̃ ℣gis ser. scõs Et in ordine. VI.

SEcundo videndũz est de hui⁹ festi celebrationis z obseruãtie fructu z vtilita te. De q̃ patet intelligi illud qđ scribit Eccli. xxxij. Præcurre ꝓz i domũ tuam: illic aduocare: z illic lu de z age cõceptiones tuas. z in bis oi bus bñdicito dñm inebriantẽ te ab oi bus bonis suis. In quibꝫ verbis spũs sanct⁹ tria facit. Primo ostendit cele brantis habilitatẽ: cũ præmittit: Præcur re in domuz tuam. Secundo indicit celebrationis actũ z solennitatẽ: cũ sub dit/z age ꝛceptiões tuas. Tertio sub iungit celebrationis fructũ z vtilitatẽ cum annectit: z in bis omnib⁹ benedi cito dñm ꝛc. ℟ ¶ Circa ꝑmũ est sciendum: q̃ ad ℟ q̃ aliqs ꝛueniẽter celebret illud festuz tria necessaria re/ quirunt: que in quocunq; defuerint nõ est huius festi idoneus celebrator. Primũ est sue intentionis ordinata di rectio. Secũdũ est sue mentis inter/ na recollectio. Tertiũ pie deuotionis sincera affectio. Que quidem tria in ꝑma auctoritatis particula ꝛueniẽ ter innuunt. Primũ ibi Præcurre in domũ tuã ꝓz. Secõm ibi: z illuc ad/ uocare. Tertiũ ibi: z illic lude. ¶ Ad euidentiã ꝑmi sciendũ est: q̃ q̃ boc fe/ stum deuotissimũ celebrare voluerit: oportet q̃ suam intentionez ordinate dirigat: nõ ad cõceptionem carnis/q̃ feda fuit. sed ad ꝛceptiõem spũs q̃ be ata ℣go fuit in vtero sctificata. ¶ Ad cui⁹ maiorez intellectũ est sciendũ: q̃ triplex est ꝛceptio bt̃ ℣ginis: vicz se/ minis/boie z flaminis. In ꝑma nec inficit culpa: nec infundit gr̃a. qz illa massa seminalis est inanimata. culpa ℣o z gr̃a solum est in ania. In secũda ꝛtrahit originale: z boc i infusiõe ani me. Cuius causa est. Naz licet in illa massa nõ sit aliqua culpa vt dictũ est Est tñ in ea quedam morbida infectiõ ex qua mox vt ania infundit ꝛtrahit originale. Et ponit familiare exẽplum in lapide calcis: qui licz in se nõ sit foz maliter calidus. si tamen aqua frigida ꝑfundat resultat ibi calor ꝓter dispositionẽ ꝑsistentẽ in lapide. Sic etiam in ꝓposito: ex bonitate q̃ ania ra tionalis carni infectiue ꝛiungit: pec/ cato originali inficit. In tertia ℣o cõ ceptiõe infundit gratia habitual⁹: per quã qđ in vtero sctificat. Et ad istam ꝛceptionem virginis referri debz in tentio boc festum celebrantis. ꝓpter quod magis ꝓprie dici posset festũ sanctificationis q̃ conceptionis. ℟

¶ Sciẽdũ tñ q̃ hec sanctificatio nõ est facta illa die q̃ solũ fuit ꝛceptio se minis: sed post. xxx v. die. qz circa tale tẽpus fm̃ pbr̃icos femine⁹ fet⁹ in vtero aniat⁹. Sed diceres. Cũ in ista die bt̃ ℣go nihil gr̃e susceperit pori⁹ vide/ret q̃ ℟ festũ celebrari deberet illa die qua fuit sanctificata q̃ ista i qua fuit seminaliter cõcepta. Dicendũ q̃ hac ratiõe mori quidam olim negauerũt ℟ festum esse celebrandũ nescientes ni/ si ꝑsentia cogitare. Contra quos inue hit Anselmus ita dicens. Erubescãt insani qui hãc diem colere nolunt: id/ circo q̃ aliorum sanctorum concepti onem minime celebrat ecclesia. Ma/ gna quippe rusticitas est eã in ℟ aliis sanctis comparari: in q̃ deꝰ carnẽ hu manã assumpsit. ¶ Dicẽdũ est q̃ q̃ ℟

festū celebrat hodie: nō ꝙ beata ꝟgo ista die grām suscepit: sed quia ista dies pro celebritate huius festi per beatam ꝟginem existit reuelata: vt patet in tribꝫ miraculis in legenda. C

Quare aūt beata ꝟgo potius hūc diem celebrandū reuelauerit q̄ꝫ. xxxv. in qua sanctificata fuit: huiꝰ possunt esse tres ratiōes. Prima ꝓpter suorū parentū cōmemorationē: de qbꝫ nulla memoria cōmuniter in ecclīa celebratur. Secūda ꝓpter sue miraculose cōceptiōis venerationē: qꝛ ex homine sene ⁊ matre sterili ꝯcepta fuit. Tertia ꝓpter matrimonialis ꝯcubitus excusationē. in q̄ licꝫ ratio absorbeat ꝓpter vehementiam delectatiōis. hec tamē difformitas excusat ꝓpter fidez thori ⁊ intētionem ꝓlis educande ad laudem dei. Et sic patꝫ de ꝑmo ꝙ est debita intētiōis ordinatio. qꝛ h festuꝫ debite celebrare volens debet suā intētiōem dirigere/ nō ad corꝑalem ꝯceptiōem seminis: sed ad spūalē ꝯceptionem sue sanctificatiōis. Cuiꝰ simile apparet in h: ꝙ cum Parisiꝰ celebramus dedicationē basilice saluatoris in Roma dicimꝰ in collecta. Deꝰ qui nobis ꝑ singulos annos huius sancti templi tui ꝯsecratiōis reparas diem. Ubi vtiq; dicentis intentio nō referꝫ ad templuꝫ parisius in quo sumꝰ. sed ad tēplū qd̄ ē Rome: ita ꝙ ly huiꝰ nō dmōstrat ibi templū qd̄ est p̄sens sensui: sed potius intellectui. Sic etiam in ꝓposito est dicendū. D ¶ Secundū qd̄ requirit ad huius festi dignaꝫ celebrationē/ est mentis interne recollectio. que notat cum subditur: ⁊ illic aduocare. Multi em̄ sūt absentes a seipīs. quia anima ſm Augustinū plus est vbi amat/ q̄ꝫ vbi animat Et tales sunt qui toto conatu desiderij exterioribus dediti/ nolūt attendere ꝙ omnis gr̄ia filie regis ab intus ē Uñ isti sanctificationē spūs nō respiciūt: sed tm̄ materialem ꝯceptionē attēdunt. Et qui talis est nō pōt hoc festū digne celebrare/ nisi aduocꝫ semet ipm in seipm ꝑ mentalem suijpius recollectiōem. Et hec mētalis collectio designari videt Joā. xj. cū dicit. Magister adest ⁊ vocat te. Iste magister i anima est ratio supior/ q̄ vocare debꝫ Mariā flentem. i. animā rationalez adhuc ꝯtra suū desideriū/ curis ⁊ tumultibꝫ seculi sua sollicitudie fluctuantē: ꝓponēs sibi illd̄ Cassiodori. Cur ꝑ multa vagaris homūtio: ama vnū bonū in q̄ sunt om̄ia. Et sic iste magister salubriter vocat Mariā a varijs distractiōibꝫ ad vnitatē/ ⁊ a seculi tumultibus ad mentis quietem E

¶ Tertiū est pie deuotiōis sincera affectio: q̄ notat cum annectit: ⁊ illic lude. Per ludū em̄ anime debemꝰ intelligere gaudiū ⁊ tripudium q̄ mēs delectat in actu deuotiōis interioris: Ex quo pōt elici ꝙ illud festū nullus digne poterit celebrare/ nisi specialiter deuotꝰ ꝟgini existat. Unde dicit Anselmus in legēda. Nō est verus amator ꝟginis qui nō vult colere diē eius ꝯceptionis. Et iste ludus mētalis deuotionis p̄figuratus est in Dauid: q̄ p̄cinctus lusit ante arcam dñi: vt patet. ij. Regū. vj. vbi per arcam dñi cōgrue b:ā virgo intelligit. Nam sicut arca ꝯtinebat vrnaꝫ auream plenam manna: ita beata ꝟgo ꝯclusit in eius vtero chr̄i humanitatē: q̄ ꝓpter sui nobilitatē ⁊ feruētissimā charitatē d̄r vrna aurea. Sed ꝓpter eius diuinitatez suauissimā d̄r plena māna. Ante istā arcā Dauid p̄cinctus ludit/ quando mens rationalis cū plena cordis deuotione illud festum peragit. ¶ Secundo spūssanctꝰ indicit huiꝰ celebra

firmos curat/fideles iustificat/virgines/viduas & ꝓiugatos casto pudore ꝓseruat & in eterna beatitudine cum sctis angel' collocat. ℰ ¶Scom pater ¶Nam fides oēs ꝓsutias hostis prudent' declinat: & oēm terrenā sapientiā euacuat. Et ꝟ habet fides ex eo q̄ est de reb⁹ oēm rōnem excedentib⁹ & que būana rōne ꝓphendi non pñt. Ideo dicit Bern⁹. q̄ fides hz lincees oc'los: quia suo iuitu penetrat oēm ꝓfunditatē instrumēta diuine ꝓuidētie vt pater ꝑ eundē sup Lan. q̄ ōr. Quid nō inuenitat fides: attingit inaccessa: depphendit ignota: ꝓphendit imensa. ipam denīq; eternitatē ex suo vastissimo ſynu quodāmō circūcludit. Propter qō nulla creatura q̄nūcūq; sublimis & alta pōt fidem hominī inspirare: nisi sol⁹ de⁹. qui est ei⁹ causa efficiens imediata. Et inde est q̄ donū fidei largit' hoi talē ſtruē ꝑ quā facilit̄er oīa rela ignita nequissimi demonis pōt extinguere. & oīa argumenta fidei aduersantia pōt facilit̄er infringere. q̄ cū ipsa infallibilit̄ intra tur prime veritati: cōstat ſm Aug. q̄ quicq̄d sibi resistit/ non dubitamus esse falsissimū. Insuper ꝑ lumen fidei sancti viri oīes versutias falsas diaboli depphendunt: teste apl'o qui dicit ¶Non em ignoram⁹ versutias ei⁹. propter qō idem ¶Paulus ꝓtra oīa machinamēta diaboli docet nos assumere scutū fidei in quo possum⁹ omnia tela neqssimi hostis ignea extinguere vt patz Ephe. vj. ℱ ¶Tertium patet ¶Nam prima veritas infallibil': est fundamentū & obiectum ꝓmariū fidei. ꝓpter qō lumen fidei vestit animā quadaz veste deifica que tantam assimilationē et ꝓformitatē habet cū fide prima. & tantā affectionē menti pstat ad assentiendū firmit' & incon cusse veritati diuine q̄ ꝑ nulla pena vitanda homo vellet ꝓtradicere bto que fides tenet. Et ideo dicit apl'us. j. Cor. iij. Fundamētū aliud nemo pt ponere (scz ipsi⁹ fidei vt dic̄ glosa) p̄ter id qō positū est qō est chr̄s Jesus Ideo dr Crisost. in tractatu de symbolo fides religionis Catholice lumen est anime: ostium vite fundamentū salutis eterne. Cui⁹ causā assignat Aug. ꝑ ꝟ q̄ nemo pōt habere aliquā spem eterne salutis nisi in vnitate fidei catholice pmanserit. Et si quis diligent' attendat. Chrisost. hic videt inuere tres causas ꝓpter quas fides boiem beatificat. Prima est q̄ cor homis purificat ꝑ peccō ꝓ remissionē Act. xv. Fide purificans corda eor. et ibidē. Huic oīes ꝓphete testimoniū phibent remissionē peccō ꝓ accipe ꝑ nomen eius oīes qui credūt in eum. Et ꝟ innuit ꝑ hoc qō dicit eā esse lumen anie ꝑ qō peccō ꝓ tenebre ꝓpellunt. Scōa est q̄ mentē hois iustificat ꝑ gr̄e infusionē Roma. v. Justificati igit̄ ex fide pacem habem⁹ ꝑ ip̄m. et hoc innuit ꝑ ꝟ q̄ dicit eam esse ostium vite. Quia ꝑ ipsam gr̄am tanq̄ ꝑ ostiū est imediatus accessus ad gl'iam Tertia est/ q̄ totū hominē beatificat ꝑ gl'ie adeptionem. Qō innuit ꝑ ꝟ q̄ dicit eaz esse fundamentū salutis eterne. Qō ideo dicit/ q̄ fides est ꝓmari⁹ habit⁹ q̄ tāq̄ fundamentū substernit toti edificio spūali tam gr̄e q̄ gl'ie/ quoꝝ neutrū haberi pōt nec fide carbolica supposita q̄ facit nos filios dei ꝑ adeptionis gr̄am Joan. j. Dedit eis p̄tātem filios dei fieri tē. Quibꝰ filijs adoptionis debet hereditas eterne salutis Quia si filij & heredes Roma. viij.

¶De natiuitate chr̄isti dñi. Sermo ꝓmus. Et est in ordine. XIII.

Paruulus natus est nobis ⁊ filiꝰ datꝰ est nobis Esa. ix. In verbis ꝓpositis mens humana vehementer ad amorē diuinū accendit/ ꝓpter duo q̄ ipam charitatē diuinā erga nos singulariter attollunt. Nā magnitudo amoris diuini erga nos p̄mo innuit ex magnitudine opatiōis quā ꝓ nr̄a salute fecit. Scdo ex magnitudine cōicationis ⁊ doni qd nobis salubriter cōtulit. Magnitudo opatiōis in h̄ apparet/ q̄ ille q̄ est imensus/ hodie nob ⁊ ꝓ nob a mr̄e natus est puulꝰ. Et iō p̄mittit. puulus natꝰ est nobis. Magnitudo doni exhibiti in h̄ apparet q̄ hodie ꝓ nr̄a salute a patre nob datus est filiꝰ. Et ideo subdit/ ⁊ filiꝰ datꝰ est nob. Nā puuli nati hūilitas destruit funditꝰ oēm supbiā. doni collati liberalitas destruit oēm auariciam. A

¶ Primo ḡ deus pater magnitudinē sue charitatis cōmendat ex eo q̄ ꝓ nr̄a salute/ diuia clemētia tātū suā imensitatē ꝯtraxit q̄ ꝓ nobis puulus hodie nasci voluit. Qd vtiq; fuit maximū charitatis ⁊ pietatis indiciū. Et ideo ꝯuenienter dici pōt q̄ iste puulus omnib nobis reddit multiplicit amabilis ⁊ singulariter appetibil ꝓpter tria Primo ꝓpter suā naturalē dispositionem s̄m quā in vtraq; natura psonalit subsistit. Scdo ꝓpter eiꝰ salutarē opationē q̄ nos ab eterna morte misericordit redemit. Tertio ꝓpter suoꝝ donoꝝ largifluā diffusionē. quib oēm creaturā rōnalem mentaliter reficit.

¶ Primū patz Nam nimis amabil ⁊ supra modū mirabil est dispositio istiꝰ puuli hodie nati. Qd patz Nam ex eius facie lucet fulgor inestimabil claritatis. Ex eiꝰ dorso nitet candor inobfuscabilis puritatis. Per faciē a ūt intelligo fulgorē diuinitatis. ꝑ dorsū vero candorē hūanitatis. De fulgore diuinitatis scribit Apoca. j. Eiꝰ facies sic sol lucet in ꝟtute sua. Uñ claritas huiꝰ faciei/ est oi hoi in hac vita mortali inuisibil de lege cōmuni/ nisi aliquis ad hoc dispensatiue ꝑ raptū diuinitꝰ subleuet/ vt pz in raptu Pauli. Cuius ratio est: qz lucē habitat inaccessibilē/ quā nemo hoim vidit: nec videre pōt vt scribit. j. Thimo. vj. vñ Moysi hāc faciē videre postulāti: respondit nō videbit hō faciē meā ⁊ viuet. Ex quo apte inuit q̄ nemo q̄ndiu vtitur sensib carnis potest huiꝰ pueri faciē videre. i. trinitatis mysteriū mentis intuitu penetrare. Quia h̄ scīs in futuro ad gl̄iam resuat. Juxta illud Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū ⁊c. ¶ Sciēdum aūt q̄ hec facies diuitatis triplici ꝓprietate describit. Est em̄ candida ꝓpter nitorē p̄me veritatis: qz est primū intelligibile. Rubicunda ꝓpter ardorē sūme bonitatis qz est primū appetibile. Sed ē electa ex milib ꝓpter gustū nostre felicitatis qz est primū fruibile. Qd q̄dem sponsa suo sponso ascribit Cant. ij. Dilectꝰ meꝰ candidꝰ ⁊ rubicundꝰ electꝰ ex milib. Ipe em̄ solꝰ ex milib. i. ex oibus entib est electꝰ ad restaurandū lapsuz nr̄e p̄uaricatiōis ⁊ ad satiandū gustuz nostre fruitionis. B

¶ De candore vero hūanitatis pōt intelligi qd scribit Matth. xvij. vbi in transfiguratione dñi vestimēta eiꝰ apparuerūt candida sic nix. Ubi per vestimēta s̄m Chrys. candor ⁊ puritas hūanitatis intelligit. Ubi ē aduertendū. Q̄ iste puulꝰ nob attulit tria vestimēta. Prima vestis fuit innocentie puritas. Scda fuit voluntaria paupertas. Tertia fuit penalitatis austeritas. Primā nobis cōmenda-

uit in eius natiuitate qñ de matre pu-
rissima nasci voluit. Scdam in eius
totali ꝯuersatione: qꝛ q̃ꝫdiu in mũdo
fuit vitã pauprimã duxit: ⁊ nũq̃ ali-
quid ꝓpriũ habere voluit. Tertiã no-
bis cõmendauit in eius morte ⁊ passio-
nẽ: qꝛ penam crucis acerbissimã susti-
nuit. ¶ Et hec tria vestimẽta fuerũt
figurata ꝑ hoc ꝙ chr̃s reliquit in se-
pulcro duo linteamina et sudarium
qđ fuerat sup caput eius. Nã ꝑ vnũ lin-
teamẽ ꝯgrue designat innocẽtie puri-
tas: ꝑ aliud volũtaria pauptas: ꝑ su-
dariũ ꝟo laborꝫ austeritas. ¶ Sciẽ-
dũ aũt ꝙ licꝫ facies. i. diuinitas hui⁹
pueri/dorsum eius. i. hũanitatẽ eterna-
liꝫ ꝓcesserit. per cognitionẽ tñ hũani-
tatꝫ q̃ est posterior: fit ascensus ad co-
gnitionẽ faciei ipsius deitatꝫ: vt sic gra-
datim ſm modũ humanũ ab inferio-
ribꝰ ad supiora ꝯscendam⁹. Propter
qđ ipa hũanitas est nobis via ⁊ scala
ꝑ quã ad verã ⁊ eternã btitudinẽ ascẽ-
dam⁹ Joã. xiiij. Ego sum via veritas
⁊ vita. Sed sciendũ est ꝙ istuꝫ ascen-
sum null⁹ hr̃e potest nisi stet in fora-
mine petre. Propter qđ Moysi etiã
visionẽ faciei re q̃renti. dictuꝫ est. sta
in foramine petre. i. in soliditate fidei
ipsius chr̃i: ⁊ in transitu videbis poste-
riora mea. i. hũanitatẽ meã que poste-
rior est diuitate. Et bene dicit in tran-
situ: qꝛ ipe ꝑ mortẽ quã in natura hu-
mana suscepit trãsiuit: ⁊ nos ipos trã-
sire fecit de morte ad vitã/đ terra ad
celũ/de mđo ad patrẽ. Et sic ꝑ cogni-
tionem dorsi fit ascensus ad ꝯgnitio-
nem faciei. Ille q̃ stat in foramine pe-
tre q̃ credit illũ hoiem qui passus est
esse verũ deũ ⁊ ptãte ꝓpria resurrexis-
se. Et talis a fide candide hũanitatis
ascendit ad nudã ꝯtẽplationẽ lucidis-
sime ꝟitatis. L ¶ Scđm pꝫ Nã
iste puul⁹ est ille puer paup ⁊ sapiens.
Qui iđ paup dicit/qꝛ fuit pauptatis
amator pauptatꝫ doctor: ⁊ est eius re-
munerator. Qui etiã recte đr sapiens
qꝛ sapienꝫ se i natura hũana occulta-
uit. ita ꝙ misteriũ incarnatõnis/etiã
ipm diabolũ latuit. vñ iste puer recte
sapiẽs đr. qꝛ diabolũ nõ ꝑ violentiã.
sed iuste ⁊ sapienꝫ vicit/⁊ nos de eius
ptãte ⁊ ab eterna morte libauit. Qđ de-
clarat Aug. ꝑ hoc/ꝙ cõueniẽs fuit ꝙ
hõ q̃ ꝑ supbiã lapsus fuerat ꝑ chr̃i hu-
militatẽ resurgeret. Et q̃ hoiem sibi ꝑ
fallaciã subiecerat/ab hoie ꝑ sapiẽtiã
⁊ iusticiã vinceret. vt sicut hõ hoiez ꝑ
didit. ita hõ hoiem liberaret. Nã nisi
essꝫ hõ qui diabolũ vinceret: nõ iuste
sꝫ potius violenꝫ hõ sibi tolli videret: q̃
se sibi spõte subiecerat. Sed ꝯstat q̃a
pur⁹ hõ diabolũ vincere nõ potuisset
cũ natura hũana sit peccabil sicut et
angelica. Et ido necesse fuit ꝙ iste pu-
er sapiens esset deus ⁊ hõ q̃ nos a po-
testate diaboli liberaret. Nã iste par-
uulus alligauit fortẽ vinculis scꝫ sue
passionis: ⁊ intrauit potenꝫ in domũ
eius. Quia in cordibus eoꝝ vbi dia-
bol⁹ pri⁹ habitauerat ꝑ maliciã: illuc
christus ꝟtute sue passiõis intrauit ꝑ
gratiam. Et vasa eius diripuit qꝛ ho-
minẽ liberauit. Et vasa q̃ prius erant
repleta fellis amaritudine: christus
repleuit gr̃e dulcedine. D ¶ Nõ
solum autẽꝫ iste puer nos a potestate
diaboli liberauit. Sed etiam ab eter-
na morte nos misericordiꝫ suscitauit
Et hoc cõgrue figuratũ est in heliseo
ꝓpheta. iiij. Regũ. iiij. Qui ad pre-
ces sunamitꝫ de mõte descendit/⁊ ei⁹
filium mortuũ suscitauit. Quia chri-
stus mot⁹ gemitibꝰ ⁊ desiderijs san-
ctorum patrũ aduentũ christi suspi-
rantiũ: de monte. i. de celsitudine pa-
terne maiestatꝫ descendit qñ vsqꝫ ad
assũptionẽ nr̃e carnis se misericordi-

ter inclinauit. Heliseus aūt ad mortuū veniēs seip̄m ꝯtraxit: q̄ in natura hūana seip̄m exinaniuit/ ⁊ coaptauit se puero mortuo. Quia s̄m apl'm fuit in sil'itudine hoim facto ⁊ habitu iuent⁹ vt hō. ¶ Sciendū aūt q̄ i mō q̄liter se puero mortuo coaptauerit: mod⁹ nostre spūalis viuificatōis eleganter exprimit. Nā ascendit ⁊ incubuit sup̄ puerū. Ascendit/ qñ amorē diuinū sup̄ om̄e volitū nostre voluntati imprimit. Sup̄ ip̄m aūt incumbit quādo p̄ infusionē sue gratie nostram voluntatē ⁊ appetitū sibi p̄fecte coaptat ⁊ cōiungit/ vt ad nihil diuine voluntati repugnans valeat inclinari. Unde sequit/ posuitq̄ os suū .i. saporem diuine dulcedinis/ super os pueri .i. sup̄ gustum interioris hominis/ ⁊ oculos suos diuine scz illuminationis/ super oculos eius interiores videlicet mentis. Ut sic homo q̄ recta sunt videre incipiat .i. amare/ et manus suas .i. efficaciā virtuose operationis: posuit sup̄ manus eius dando sibi efficaciam et virtutem virtuose operandi. et sic calefacta est caro pueri/ quia per inflāmationē perfecte caritatis: omnis affectio que pri⁹ carnalis erat amore diuino accēditur et inflāmatur. et tunc puer reuiuiscens incipit septies oscitare: quia p̄ dona spiritussancti/ viciosam radicem viciorum capitalium/ incipit funditus extirpare. et septem dona spiritussancti salubriter sibi attrahere/ sicut ille qui oscitat eijcit aerem venenosum cor opprimentē: ⁊ attrahit aerem sincerū cor recreantē. Et isto mō spūalit̄ mortu⁹/ p̄ heliseū .i. chr̄i gr̄am suscitatur. Cui⁹ nos p̄ti. faciat ⁊c.

¶ Secund⁹ de natiuitate christi/ et est Sermo. XIIII.

Tertio iste puer om̄ibus redditur amabil' p̄ter suoꝝ donoꝝ largifluam cōmunicationē. Qd̄ pt̄z Nam iste puer trifaria sua dona liberaliter cōmunicat quib⁹ oēm creaturā rationalē dulciter reficit ⁊ saginat. A ¶ Prima dona possunt dici ei⁹ essētiales p̄fectiōes quas ab eterno a patre p̄ generationē accepit. vt est nature ꝯsubstātialitas/ eius cuz patre coeternitas/ ⁊ coequalitas. Scd̄a dona sunt ei⁹ figurales p̄signationes quibus aduentus christi p̄missus fuit. Tertia dona sunt eius p̄sonales opationes quas in carne veniēs nobis salubriter exhibuit. Qd̄ patet. nam iste puer īfirmis reddidit sanitatē: captiuis tribuit libertatē: exulibus ⁊ p̄scriptis donauit eternam hereditatē. Et hoc isti puero hodie nato triplici iure ꝯgruit. ¶ Primo quidē iure naturalis dominij: q̄ est verus heres ⁊ naturalis fili⁹ dei patris: ⁊ ideo sibi cōpetit hereditatē paternā naturalr̄ possidere ⁊ cui voluerit erogare. ¶ Secundo iure triūphalis stipendij quia est triūphator victoriosus q̄ s̄m apl'm ip̄m tyrannū q̄ habebat mortꝭ imperium sup̄auit ⁊ hominē de eius potētia liberauit. ¶ Tertio iure singularis priuilegij: q̄ iste puer v̄tute hypostatice vnionis vsq̄ ad gloriam paterne maiestatꝭ ꝯscendit vt scribit̄ Daniel. vij. ⁊ ideo data est ei gl'ia regnū ⁊ honor: ⁊ om̄es p̄pl'i/ trib⁹ ⁊ lingue seruient ei. De hac potestate ip̄emet gl'iat̄ Matth. vltimo. Data est mihi om̄is ptās in celo ⁊ in t̄ra. B ¶ Et istꝭ trib⁹ gener. b⁹ donoꝝ puer: oēs mentes rationales cuiuscūq̄ stat⁹ mentaliter reficit ⁊ suauit̄ nutrit. Quod pz. nam p̄ naturales suas p̄prietas mentes reficit angeloꝝ/ qui eius claritatē

nude ꝛ absq; velamine cōtēplant. qꝛ ipe est in quē angeli desiderant ꝓspicere. vt scribit. j. Pet. j. per figurales reficit mētes sctōꝝ patrū: q̄ eiꝰ corpalem p̄sentiā feruentibꝰ desiderijs affectabāt Esa. lxiiij. Utinā disrūperes ꝛc. vñ dicit Bern̄ sup Can. ser. ij. Pudet me miserabiliuꝫ tēpoꝝ hoꝝ: quē em̄ nostrū tātū oblectat veritatꝭ exhibitio/ quātū antiq̄s patres oblectauit sola ꝓmissio. Ex h̄ em̄ solo (vt dic̄ glosa) ineffabile gaudiū cōceperūt: q̄ chr̄m venturū ꝑ figurarū enigmata cognouerūt. Uñ christꝰ dixit iudeis Joan. viij. Abrahā pater vester exultauit. i. ineffabile gaudiū mente ꝯcepit. Ex h̄ solo videlicet. vt dic̄ meū. i. natiuitatis mee sola fide videret ꝑ figuras ꝛ enigmata rep̄sentatū ꝯspiceret. Per eius v̄o ꝑsonales opationes reficit mentes oim viatoꝝ q̄ suis doctrinis ꝛ exēplis mirabilit̄ inflāmant̄ ꝛ feruido conatu ip̄m dulcit̄ imitant̄. Nec mirū. Quē em̄ non oblectat vt dt Bern̄. q̄ singularis illa maiestas voluit mori/ vt viueremꝰ. fuire vt regnaremꝰ: exulare vt repatriaremus.

L ¶ Et ista tripharia dona quibus iste puer mentes rōnales suauit̄ reficit. legislator latenter insinuat. Leui. xxiij. Comedetꝭ inq̄t vetustissima veterū: ꝛ nouis supuenientibꝰ vetera ꝓijcietꝭ. nam ꝑ vetustissima intelligūt̄ essētiales ꝓprietates quas iste puer a patre ꝑ generationē ab et̄no accepit. Per vetera intelligunt̄ figurales pre signatiōes quibꝰ christꝰ in carnē venturꝰ sctis patribꝰ ꝓmissus fuit. Per noua vero intelligo naturā humanā quā ipse in tpe suscepit ꝛ opatiōes eiꝰ salutares quas nob̄ exhibuit. Uetustissima g̃ sunt comedenda: qꝛ ex coꝝ clara visione angeli ꝛ bti eternalt̄ satiant̄. Juxta illd̄. Satiabor cū apparuerit gl̄ia tua. Noua sil̄r hic sūt edēda vt q̄ꝫdiu hic paruuli simꝰ lacte humanitatꝭ nutriamur: sub q̄ panis angeloꝝ scip̄m nob̄ in cibuꝫ dedit. ¶ Et ideo signant̄ iste puer in bethleem nasci voluit q̄ domus panis interp̄tat̄. Quia ibi ad litterā natꝰ est panis viuus qui de celo descēdit ꝛ dat vitam mundo Joan. vj. Ideo aūt reclinari voluit in p̄sepio vbi pascebat̄ bos cū asino: vt ꝑ penā crucꝭ duos ꝓpl'os: iudaicū ꝛ gentilē deo recōciliaret ꝛ pane celesti reficeret. Et licꝫ scti p̄res per figuras christū p̄signātes suauit̄ reficerent̄/ vt visum est. Nouis tñ supuenientibꝰ vetera sunt ꝓijcienda: qꝛ luce veritatꝭ apparente: abijciende sunt eiꝰ figure. Cessat em̄ ꝓmissio cū facta fuerit debiti exolutio. Et inde est q̄ nūc mortalit̄ peccaret q̄ post diuulgationē euāgelij legales cerimonias obseruaret. Et ideo dicit apl'us. vetera transierūt ꝛ ecce facta sūt om̄ia noua Quia ille venit q̄ om̄ia innouat et in veritatꝭ ꝑfectione ꝯsūmat: ꝑ cuiꝰ ortū malis om̄ibꝰ euacuamur ꝛ bonis oībus replemur. Uñ merito sibi dicere possumꝰ illud Tobie. xij. Per te bonis oībus repleti sumꝰ. Quod quidē Bern̄. deuote ꝯsiderans dicit. Quis digne cogitare pōt q̄ꝫ pie dñs ꝑuenit nos: q̄ꝫ misericorditer venit ad nos: ꝛ subuenit nob̄. Uenit em̄ saluator ad ꝑditos: medicꝰ ad egros: ad errantes via. ad mortuos vita. Uñ ꝓpt̄ tantā donoꝝ affluentiā merito cantat eccl'ia. Hodie ꝑ totū mūdū mellifluī facti sūt celi. D ¶ Signāter autē hic celi pluralit̄ ponunt̄. quia hodie triplex celum factum est mellifluū. Primo quidē celū sp̄uale mellifluuꝫ factū fuit q̄n beata v̄go nobis melleū dulcorē genuit. Scdo celum intellectuale. i. angelice nature melli-

fluum factū fuit/qñ tanta suauitate refecti toto mundo gaudiū maximū nūciauit Luc. ij. Annūcio vobis gaudiū magnū. Merito autē angel⁹ natiuitatez christi annūciauit qz rex angeloꝝ natus erat. Dignum etiaz fuit vt cum magna luce angel⁹ apperet: qz solem iusticie declarauit exortum. Digne hoc pastoribꝫ nunciatū est: qa ille nat⁹ est qui dicit. Ego sum pastor bonus. ¶ Per stellā autē regibꝫ nūciatus est/qz ille natus est q̄ in Apoc. dicit̄ rex regū ⁊ dñs dñantiū. Merito etiaz pastoribꝫ ⁊ regibꝫ reuelatur. Quia ipse est rex ⁊ sacerdos: nat⁹ de regali ⁊ sacerdotali genere. ¶ Tertio celū supsubstantiale. i. toti⁹ trinitatis mellifluū factū fuit. qz in verbo eternalit̄ genito celest̄ mane dulcedinē nobis effudit. Ps. Pluit illis māma ad manducandū: ⁊ panē celi dedit eis. Quē nob̄ sincera hodie mente ⁊ feruida deuotione degustare concedat ⁊c.

¶ Sermo tertius de natiuitate Et in ordine. XV.

Paruulus natus est nobis. Quia ad pfecte exp̄mendū amabilitatez pueri hodie nobis nati om̄es lingue deficiūt. ideo p eius laude: ⁊ nr̄a spūali edificatōe adhuc alit̄ dici pōt. A ¶ Ex iste puul⁹ oībꝫ nob̄ summe amabil̄ reddit̄ ꝓpter tria. Primo ex sua singulari nobilitate. Scdo ex sua liberali cōicabilitate. Tertio ex sui fructus mltiplici vtilitate. Hec em̄ tria quālibet rem faciūt amabilem ⁊ gratiosaz. videlicz suijpsi⁹ nobilitas: sui cōicabilitas. ⁊ sui fruct⁹ mltiplex vtilitas. ¶ De primo patz Nam cōstat: qz iste puer habet sūmam nobilitatē ⁊ ex pte diuinitat̄/⁊ ex pte hūanitatis. Qd̄ patet Nam ex parte diuinitat̄ iste puulus est fons om̄is interne suauitat̄: p̄ncipiuz ⁊ origo totius eterne felicitat̄. Nobilitas vero humanitat̄ ex hoc apparet/q̄ ex pte corpis fuit sūme generosus: qz de regia stirpe ortus ⁊ de purissimis sanguinibꝫ ꝟginis cōceptus. Fuit sūme speciosus: qz virtute ⁊ magisterio spiritussancti format⁹. Fuit summe delicatus. Quia in qualitatibꝫ cōplexionalibꝫ marie fuit ad mediū reductus Ex pte etiā anie fuit om̄ibꝫ ꝟtutibꝫ ⁊ gratijs copiosissime replet⁹ Joan. j. Vidim⁹ eum plenū gratia ⁊ veritate Ex pte ꝟo vtriusqz fuit ip̄o ꝟbo eterno psonalit̄ vnit⁹ q̄ tantā nobilitatez in natura hūana causabat q̄ in om̄ibus creaturis nulla sil̄is poterit inueniri. B ¶ De scdo patz Nā amabilitas cōicabilitat̄ isti⁹ pueri in hoc apparet q̄ se reddit om̄ibꝫ gratiosuz Hoc em̄ habēt om̄es pueri p naturā q̄ ludus ip̄oꝝ est oībꝫ gratiosus ⁊ q̄ oēs in eoꝝ actibꝫ delectant̄. Sed iste p excellentiā hoc habet. Itē se reddit om̄ibꝫ gaudiosuz ⁊ deliciosuz. Qd̄ pz in quadaz scrimoniali: que dum diu isti⁹ pueri p̄sentiā ardentissime suspirasset. tandē sibi in tali deuotione cōstituta christ⁹ puer apparuit: ⁊ quis esset dulcit̄ reqsiuit. Qui respondit se esse filiū illi⁹ de q̄ dicit̄: bñdict⁹ fructus venter̄ tui ⁊ statim ex oculis ei⁹ euanuit. Sed ꝟgo illa ex ei⁹ p̄sentia tantū gaudiū ꝯcepit q̄ p. xxx. dies cōtinuos. ip̄m ad se redeundū infatigabilit̄ inuitauit. Deinde. xxx. die sibi iocunde apparuit ⁊ eius aīam ad celestem gl̄iam cū gl̄ioso comitatu deduxit. Item tertio se exhibet om̄ibꝫ seruilem ⁊ officiosuz: qd̄ patz ex triplici signo. Primū est qz p om̄es transit: et

in corde cuiuslibet q̄escere petit. Assumens illud Can. ij. Aperi mihi soror mea: columba mea: formosa mea. Mens em̄ deuota dicit̄ soror ꝟbi ꝓpter nature germanitatē: q̄ vt̄q̄ spiritus est. Dicit̄ colūba ꝓpter virtutū z donoꝝ fecunditatē. Sed dicit̄ formosa ꝓpter ꝟtualis decoris venustatem. Sed ve illis q̄ isti deifico puero cor suū claudunt: z prauis cogitationibꝫ z sordidis affectionibꝫ apiūt: q̄ illis ianua celestis gl̄ie p̄cludet̄. Secundū est q̄ hodie circūit z a singul̄ munera dari sibi querit: nec mirū q̄a puer est qui semp̄ aliq̄d volūt ꝓ suo ludo habere in manibꝫ. z ideo ab oībꝫ postulāt aliquid sibi dari. Qd̄ patet Nam nullū est opꝰ bonū ita exiguū: nec aliqua oratio adeo breuis: nec aliq̄ deuotio adeo tenuis: quā iste puer accipe dedignet̄. Sed bri sunt: q̄ talia munera sibi offerūt: q̄ eius regiaz maiestatē deceant z sue ꝓprie saluti ꝓficiant. ¶ Tertiū est q̄ se in diuersorio z cōi loco reponi voluit: vt om̄es cōmunit̄ diuites z pauperes: reges z pastores ad ipsum possint accedere: z vt ip̄e possit votis satisfacere singulorū. Nam q̄ suā p̄sentiā brutis animalibꝫ obtulit: quō eam deuotis mentibus negabit? Propter qd̄ etiam flori campi se compar. Ut quilibet ipsum possit ꝓ libito carpe z de ip̄o dulciter meditando suauitatē eius desiderijs ꝯgruam reportare. L ¶ De Tertio patet Nam multiplex fructꝰ huiꝰ natiuitatꝭ apparet ex tribꝫ. Primo ex ꝑditoꝝ mirabili restauratiōe. Scd̄o ex ꝓscriptoꝝ amabili recōciliatione. Tertio ex afflictoꝝ z oppressoꝝ eternali p̄miatione. ¶ Primū ptz. ex p̄ma nāq̄ transgressione totū genꝰ humanū fuisset eternalit̄ dānatū z ꝑditum/nisi pueri hodie nascentꝭ clemētia nob̄ pie z misericordit̄ subuenissz z nos mirabilit̄ restaurassz. Qd̄ q̄dē pietatꝭ opꝰ Ber̄. admirans d̄t. Quis digne cogitare pōt q̄z pie dn̄s p̄uenit nos: q̄z misericordit̄ venit ad nos et subuenit nob̄ ꝛc̄. ꝓut patz in fine sermonis p̄cedentꝭ. Scd̄m ptz. ex merito nāq̄ p̄me p̄uaricatōnis totū genꝰ hūanū irā diuine maledictōis incurrebat: q̄usq̄ puer hodie nascēs offensam diuinā placauit z nos deo patri recōciliauit. Et h̄ rōnabilit̄ factū fuit Nā sic̄ hūana natura ex h̄ iraz dei incurrebat: q̄ hō ꝯtra dei p̄ceptuz se temere z sup̄be erexerat. Ita ꝑ h̄ q̄ ꝟbū eternū suā celsitudinē q̄ paterne gl̄ie coeq̄lis existit vsq̄ ad assumptionez hūane fragilitatꝭ ex pat̄na obediētia hūilit̄ inclinauit: merito ira diuīe offense placata fuit. ¶ Sciendū tn̄ q̄ alit̄ natura hūana fuit d̄o recōciliata in icarnatiōe: z alit̄ in passiōe. Nā in incarnatiōe fuit deo recōciliata ꝑ diuine offense placatōez. In passiōe ꝟo ꝑ p̄cij ꝓ pctō debiti exolutionez inq̄ztū penā ꝓ pctō nob̄ debitā tūc exoluit Jux̄ illd̄. j. Pet̄. ij. Qui pctā nr̄a corpore suo ꝑtulit sup̄ lignū ꝛc̄. Hec aūt recōciliatio ꝑ hoc potissime in carne facta fuit: q̄ in carne assumpta de p̄uaricatione p̄mi ꝑentis in q̄ hō diuinū honorē sibi vsurpauerat d̄o p̄ri ꝓ nob̄ plenarie satisfecit. D ¶ Sed diceres. si ꝑ incarnatōis mysteriū ira dei placata fuit: q̄ videt̄ q̄ statim ꝑ h̄ etiā aditꝰ regni celestꝭ debuerit apiri. qd̄ tn̄ solum tp̄e mortꝭ z passiōis chr̄i ponit̄ eē factū. Ad qd̄ dicēdū q̄ ostiū gl̄ie celestis ex pctō primi ꝑentis nob̄ duobꝫ vectibꝫ clausuz fuit. Primus fuit iam diuīe offense. Scd̄s fuit reatus pene satisfactorie q̄ ꝓ pctō exoluēda erat. Et ideo licz ꝑ nimiā charitatē z maximā hūilitatē chr̄i quā ī incar-

natione ostendit/ira dei placata fuerit. Adhuc tñ remãsit aliud ipedimẽtũ scz reat⁹ pene satisfactorie q̃ in passione soluta fuit: ⁊ ido tũc plenarie regni celestis interit⁹ fuit hoĩ reseratus. Non autẽ in incarnatiõe. Propt̃ istã recõciliationẽ puer iste recte dicit̃ mediator dei ⁊ hoĩm: vt scribit̃. j. Thim̃ ij. Ido nãq; ꝑm Aug. mediator dicit̃ qz nos patri recõciliauit ⁊ irã diuine offense placauit Rom̃. v. Cũ inimici essem⁹ recõciliati sum⁹ deo ꝑ mortez filij ei⁹. De qua recõciliatione pulcre loquit̃ Aug⁹ in libro ꝯtra q̃nq; hereses in ꝑsona christi sic dicẽs. Cũ esses inimic⁹ patri recõciliaui te ꝑ me. cum tãq̃ ouis ꝑdita oberrares quesiui te humerꝫ meis portaui te/pri meo reddidi te: sanguinẽ meũ ꝓ te fudi: aiam meã ꝓ te posui: vt ꝯiungerẽ te mihi ⁊ tu recedis a me. tñ reuertere ad me: ⁊ ego suscipiã te. E ¶ Tertiũ patz Nã iste puer in pñti oppressos ⁊ afflictos misericordit̃ ad se vocat vt ab eo recreent̃: ⁊ ab ipo eternalit̃ p̃mientur Matth. xj. Uenite ad me oẽs q̃ laboratis: ⁊ b̃ ꝯtra vicia virilit̃ decertando: ⁊ onerati estis: ꝑsecutões scz malorꝫ eq̃nimit̃ tolerãdo. ⁊ ego reficiam vos vtiq; eternis gaudijs felicit̃ premiãdo. Hanc em̃ coronã eterne gl̃ie null⁹ assequi poterit nisi ille q̃ ꝓ ea in pñti virilit̃ decertauerit. Ut dicit̃. ij. Thim̃. ij. Et qz tot ⁊ tanta bona nobis ꝑ istũ puerꝫ bñdictũ ꝓueniũt. Iõ anĩe deuote merito debẽt ad ei⁹ amplexũ feruẽti⁹ aspirare. Assumẽs illd̃ Can. j. Exultabim⁹ ⁊ letabimur in te: ⁊ bñ in te. qui ꝑm Aug. es omni luce clarior/om̃i suauitate dulcior/⁊ om̃i honore sublimior. q. d. ex ꝯsideratiõe donorꝫ ⁊ ꝑfectionũ tuarꝫ merito exultabim⁹ in te gaudio scz corꝑali: ⁊ letabimur ĩ te: tripudio scz mẽtali. Memores vberũ tuorꝫ sup̃ vinũ. Ubi sciendũ q̃ iste puer habet duo vbera q̃bus lacrat ⁊ recreat mẽtes deuotas. Primũ vber est puritas hñanitatꝫ: ⁊ hui⁹ gust⁹ excedit vinũ oĩs corꝑalis delectatiõis. Scd̃m ẽ dulcor ⁊ sapor diuinitatꝫ. ⁊ hui⁹ gust⁹ excedit vinũ oĩs mẽtalis suauitatꝫ: q̃ in pñti ꝯferri põt. Nec mirum cum talis gustus sit intimus amplex⁹ beate fruitionis Cuius nos ꝑti. faciat ⁊ c̃.

¶ Sermo quart⁹ de natiuitate. Et in ordine. XVI.

Filius datus est nobis. vbi sup̃. In verbo ꝓposito euident̃ attollit̃ magnitudo diuini amoris: ex magnitudine doni nob̃ hodie salubrit̃ collati. Pater em̃ celestꝫ ex affluentia sue pietatꝫ dando nobis suũ filiuz dedit tantũ donũ/quo maius dare nõ potuit. Uñ scrã mater eccl̃ia. ⁊ q̃libet fidelis anĩa isti⁹ doni magnitudinẽ recognoscẽs ꝓ tanto bñficio in gratiarũ actiones ꝓrumpit dicens. Filius datus est nobis. A ¶ Sciendũ aũt q̃ pat̃ misericordiarꝫ hodie nobis suũ filiũ dedit/om̃i modo q̃ donabilis fuit. Et b̃ q̃ttuor modis. Primo nãq; ipm nobis dedit in sociũ amabilis ꝯuersatiõis. Scd̃o in solacium delectabil̃ refectionis. Tertio in p̃ciũ triũphalis redemptionis. Quarto in p̃miũ eternalis retributõis. ¶ De p̃mo puta de amabili ꝯuersatione põt ĩtelligi qd̃ scribit̃ Sap̃. viij. Non em̃ habet amaritudinẽ ꝯuersatio ei⁹: neq; tediũ ꝯuict⁹ illi⁹. sed leticiã ⁊ gaudiuz. In quibꝫ v̄bis innuit̃ q̃ christi ꝯuersatio in pñti exilio fuit om̃ibus gratiosa ⁊ ideo p̃mittit/nõ em̃ habet amaritudinẽ. Fuit om̃ibꝫ gaudiosa:

ideo subdit: neq; tediū cōuict⁹ illius. Fuit oībꝫ vtilis ⁊ fructuosa: cum annectit: sed leticiā ⁊ gaudiuꝫ. Hoc em̄ consueuit ingerere leticiā ⁊ gaudiuꝫ qd̄ est habenti vtile et fructuosum. ¶ Primo dico q̄ ei⁹ cōuersatio fuit omībꝫ gr̄osa: ꝓpter ei⁹ clementiā ⁊ pietatem/ q̄ nullū se puro corde inuocātem vnq̄ deseruit. In cui⁹ argumētū om̄i se deuote inuocanti exauditionis p̄iociniū ꝓmittit dicēs. Clamabit ad me ⁊ ego exaudiā eum. Sup̄ quo verbo dicit Bern̄. in expositiōe eiusdem p̄s. Dulcis lex diuine miserationis que totū meritū exauditionis in solo clamore cōstituit postulationis. Clamauit inq̄t ad me ⁊ ego exaudiaꝫ eum. Et q̄ diuina miseratio semper plura ⁊ maiora tribuat/ q̄ꝫ homo petere p̄sumat: hic euidenter aperit cum subiūgit: cū ipso sū in tribulatiōe ⁊c̄. Ex quo apparet/ q̄ nō solum exaudit ad se clamantē. Uerꝫ etiā i tribulatione positū sustentat ⁊ roborat: ⁊ ideo dicit: cum ipso suꝫ in tribulatiōe. imo ⁊ triumphantē eternaliter corōat: ideo subdit: erip. e. ⁊ gl'i. eum. ¶ Secūdo ei⁹ ꝯuersatio fuit oībꝫ gaudiosa: ꝓpter eius p̄ñtiaꝫ ⁊ iocunditateꝫ/ q̄ mentes deuotas singl'ari gaudio ⁊ exultatiōe p̄fundit. Exemplū in q̄dam sermoni ali: cui chr̄s in nocte q̄dā sue natiuitatis appuit/ ⁊ ex ei⁹ p̄ñtia tantū gaudium ꝯcepit/ q̄ p̄. xxx. dies ip̄m ad redeundū magnis gemitibꝫ infatigabil'r inuitauit. Deinde. xxx. die sibi appuit ⁊ ei⁹ aniam cū gl'oso comitatu ad celestē gl'iam deduxit. Uñ dicit Bern̄. in quadā epl'a. Gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore dñi Jesu: videlicet longanimitas in expectādo: ⁊ facilitas in donando. Ex qua quidē suauitate ei⁹ p̄ñtia merito reddit oībꝫ gaudiosa. ¶ Tertio fuit ei⁹ ꝯuersatio oībꝫ vtilis ⁊ fructuosa/ ꝓpter doctrine affluentiā ⁊ exēploꝝ sctitatem. Nā sicut dic̄ Aug. in de vera religiōe Tota vita chr̄i in terr̄ disciplina morū fuit. Oia em̄ bona mūdi chr̄s contempsit: q̄ ꝯtēnenda docuit/ ⁊ omnia mala sustinuit q̄ sustinenda p̄ecepit ¶ Est aūt sciendū/ q̄ sue doctrine affluētia ⁊ exemploꝝ p̄claritas ab ipsis cunabulis sumpsit exordiū. Quia ex actibꝫ suis etiā puerilibꝫ nos docuit: quid eligere: q̄dve respuere debeam⁹. Ad hoc em̄ s̄m Bern̄. mōi dñs in stabulo nascit: ⁊ in p̄sepi ponit: vt mūdi gloriā reprobaret. Ad hoc aūt tenera ⁊ infantilia membra super fenum aridū reclinant: vt in seipso carnis lasciuiam ꝯdemnaret. Necdū loquit lingua/ ⁊ tñ stabulum ⁊ presepe clamāt Fuge mundi vanitatē infantilia mēbra lachryme ⁊ vagit⁹ nobis indicāt penitentie austeritateꝫ ⁊ oīno condemnant carnis lasciuiā ⁊ voluptatem. Erq: christus in suis puerilibꝫ actibꝫ sic docuit nos eligere bona ⁊ respuere mala: Ideo bene de eo scribit Esa. vij. Butyrum ⁊ mel comedet ⁊c̄. Ubi per butyrū: qd̄ est pingue: nos inuitat ad donorum ⁊ gr̄aꝝ affluentiā q̄bus sua humanitas plenissime abūdabat Per mel ꝟo qd̄ est dulce/ nos inuitat ad dulcorē diuinitatis quē eius ania ab instanti sue conceptiōis sup̄ om̄es alios spirit⁹ felicissime degustabat. Quia licet christ⁹ iuxta passibilitateꝫ corporis fuerit verissim⁹ viator/ s̄m animā tñ ab instanti sue conceptiōis fuit p̄fectissimus cōprehensor. B

¶ Secundo nobis datus est in solatium delectabilis refectiōis. Ex triplici em̄ substātia i eo hypostatice vnita christus tripliciter nos reficit. Qd̄ patet: Nam virtute sui corporis reficit irascibilem/ quia p̄ ipsum in presenti

exilio ꝯfortamur. Uirtute anie reficit ꝯcupiscibilē: qꝛ ꝑ exēpla sue vite ⁊ doctrine: i nr̄is actib⁹ regulamur. Uirtute vero diuinitatꝭ reficit rōnalem: qꝛ ꝑ ipsam diuinitatē in p̄senti exilio sctificamur ⁊ a pctōꝝ scoria emundamur. Quod sic est videre. Nam christus ex singulari amore nobis dedit corpus ꝓpriū ad manducādū. vt nos virtute sui corporis in hoc exilio ꝯfortaret/ qđ bene figuratuꝫ est in Helia iij. Reg. xix. Qui virtute panis subcinericij quē comederat ambulabat ꝑ desertū. xl. diebꝫ ⁊. xl. noctibꝫ/ vsqꝫ ad montē dei Oreb. Sic ⁊ nos v̄rtute sacramēti dñici corpis sustētari ōbem⁹ in p̄senti exilio: quousqꝫ ipsam supnā refectionē: q̄ ꝑ montem Oreb intelligit̄. attingam⁹. Oreb em̄ iterp̄tat̄ mēsa vel satietas/ ⁊ ideo congrue celestē refectionez signat/ in qua plena satietas inuenit̄. Ipsam etiā aniam nobis dedit ad informandū: vt nos ꝑ exempla sue vite ⁊ doctrine in nostrꝭ actib⁹ regularet. Qđ ptz. Feruēs em̄ desideriū q̄ ꝓ nostra salute iugiter estuabat ⁊ labor ꝯtinu⁹ q̄ nostrā salutē verbo ⁊ ope tam sollicite ꝓcurabat/ nos sufficienter instruūt q̄ꝫ feruide ⁊ indesinenter nr̄am salutē bonis opib⁹ ꝓcurare debeam⁹. Ad qđ hortatur apl's Phil. ij. Cū om̄i sollicitudine salutez vestrā opemini. Ipsam vero diuinitatē nobis dedit ad sctificandum/ vt nos eternaliter btificaret. Ideo dicit Bern. ꝙ christ⁹ dedit nobis corpus ꝓprium in tormentis/ aniam in documentis/ diuinitatē vero in sacramentis. Qđ ptz: qꝛ virtute sacramētoꝝ in quib⁹ ip̄a diuinitas opat̄/ ⁊ sctificamur: ⁊ a peccatis emūdamur. Qđ pz Nam ꝑ baptismū ⁊ penitentiā diuina clementia nos a pctis emundat. ꝑ baptismū quidē ab originali/ ꝑ penitentiam vero ab actuali/ per cōfirmationem vero ⁊ eucharistiā nos in bonis actib⁹ roborat ⁊ cōfirmat. Sed ꝑ extremā vnctionē ad introitū regni celestis nos dispōit ⁊ p̄parat. Et iō bñ dicit Ambro. Nobis om̄ia christus est Si vulnus curare desideras medic⁹ est. Si febrib⁹ estuas fons est. Si auxilio indiges virtus est. Si mortē times vita est. Si tenebras fugis lux ē Si celū desideras via est. Si cibum queris alimentū est. Gustate igit̄ ⁊ videre qm̄ suauis est dñs. Quā suauitatem ⁊c. L ¶ Tertio nobis datus est in preciū triumphalis redēptionis. Qđ quidez preciū fuit sanguis p̄ciosus agni incōtamiati. vt. j. Pet. j. Et ideo scribit̄ Apocal. v. Redemisti nos domine deus i sanguine tuo. Sciendū autem ꝙ illud precium nostre redemptiōis tante dignitatꝭ ⁊ nobilitatis fuit: ꝙ ei⁹ valor in tota vniuersitate rerum inueniri non potuit. Et ideo oportuit ꝙ ipsum diuina sapientia extra oēm reꝝ ordinē de vltimis finib⁹ apportaret. Jux̄ illđ Prouerb. vlt. Procul ⁊ đ vltimis finib⁹ p̄ciū ei⁹. Ex q̄ dat̄ intelligi: ꝙ p̄ciū hūane redēptiōis ꝑ diuinā sapiaz fuit cōportatū ex ꝯiūctiōe vltimoꝝ finiū/ et a se maxie distantiū: hoc ē: ex ꝯiūctiōe hūanitatꝭ ⁊ diuinitatꝭ. Uñ đt Bern. Aliq̄d magni i causa fuit: ꝙ tāta maiestas de tam longinq̄: qꝛ de corde paterno. ad locū tā indignū descēdere dignaret̄. Hec autē causa s̄m ip̄m fuit miscōia magna: miseratio mlta: ⁊ pietas copiosa: q̄ vtiq̄ ip̄m ipulerūt: vt p̄ciū nostre redēptiōis de vltimis finibus cōportaret. Natura em̄ humana est finis totius nature corporalis: quia om̄es nature corpales ordinant̄ in obsequiū hominis tanq̄ꝫ in finem. Tota etiaz vniuersitas rerū ordinat̄

in deum tanq̄ in finem. Quia om̄es creaturas fecit ꝓpter sui laudez ⁊ sue virtutis exp̄ssionē: Et ideo qñ natura humana/verbo eterno in vnitate ꝑsone ꝯiuncta fuit/tunc diuina sapiētia preciū nostre redemptōis de vltimis finibꝫ aggregauit. qd̄ sic ꝓbat Ansel. Nam constat q̄ homo qui p peccatū deum ꝯtempsit/diuine iusticie satisfacere debuit. Sed nec homo nec aliq̄ pura creatura potuit satisfacere diuine iusticie/que requirit vt tāta sit satisfactio quāta fuit offensa. Nūc autē vt idem Ansel. dicit. Offensa dei fuit infinita/ꝓpter infinitū bonum: qd̄ homo contempserat. Et ideo oportuit q̄ ille q̄ deo satisfacere debuit/esset deꝰ ⁊ homo/deus qui satisfacere posset: homo vero q̄ satisfacere deberet. Et sic ꝓfunda christi hūilitas qua se ad naturam humanā inclinauit/⁊ ꝑ suā passionem ex charitate susceptā iraz dei placauit/fuit precium nostre redemptōis. Qd̄ aperte figuratum est in arca federis in q̄ fm aplm Heb. ix. tria fuerunt/videlicet tabule legis: vrna aurea hñs māna: ⁊ virga aaroni: q̄ floruerat. In quo signat triplex natura que fuit in christo. Nam in tabulis legis aperte signatur verbum eternum. Quia sicut tabule legis cōtinebāt legem scriptā digito dei. Sic verbum eternum qd̄ est quedam formalis impressio mentis paterne/cōtinet totam sapientiā dei patris. Propter qd̄ dicit Aug. q̄ est quedam ars omnipotētis dei plena omniū rationum viuentium. quia omnia que facta sunt fuerunt vita in verbo/⁊ viuebant ab eterno vita verbi per rationes earum factiuas ⁊ causales contētas in verbo. In vrna aurea habente manna: signatur aīa christi: que recte dicit aurea ꝓpter fulgorem charitatis quem in gradu ꝑfectissimo possedit: Sz dicit continere manna ꝓpter dulcorē suauitatis/qz gustuz diuine dulcedinis sup omnes creaturas habuit ab instanti sue conceptiōis. In virga vero Aaron: signat natura corporea christi. Quia sicut illa virga supnaturaliter floruit: Sic natura corporea christi fuit supnaturaliter cōcepta et formata: ⁊ verbo eterno hypostatice vnita. In hoc igit scrinio precioso: debuit reponi preciū nostre redemptionis ꝓpter eius excellentiā ⁊ dignitatē Qd̄ quidē scrinium congrue arca federis dicit. qz christi incarnatio fuit sanctis patribus multipliciter repromissa ⁊ multiplici ꝓmissionis federe roborata. D ¶ Quarto nob̄ datus est in premium eternalis fruitionis. Qd̄ quidem premium includit in se om̄ino bonum/teste Cassi. super p̄s. qui dicit. Cum dominū diligimꝰ omnia in ipso reperimus. vnus est q̄ queritur/sed in quo omnia continent Cur ergo per multa nos fatigamus: ad ipsum ergo vnanimiter festinemꝰ: in quo cuncta bona simul percipimꝰ ⁊ tenemus. Et ideo solum bonum diuinum ex sua natura perfēcte satiat omnem rōnabilem appetitum: qd̄ sic est videre. Nam illud premium beatificum est summe luminosum/summe vigorosum/summe dulcorosum. Ratione primi satiat intelligentiam prime veritatis radiosa cognitione. Ratione scd̄i satiat memoriam diuine presentie gaudiosa tētiōe. Sz ratione tertij satiat volūtatē diuine suauitatis deliciosa fruitiōe. Ut sic de istis viribus imaginez rōnalem integrātibꝫ verificet qd̄ scribit in p̄s. Inebriabūtur ab vbertate domus tue/⁊ tor. vol. tue po. eos. ¶ Prio ḡ datꝰ est nob̄ i p̄miū lūinosum/ꝑ qd̄ satiat itelligētiā

prime veritatis radiosa cognitiōe. Nā ipse filius est splendor paterne glorie. Est etiā lumē meracissimū: qd solum purgatissimis mentibꝫ cernit: vt dicit Aug. j. lib. de trinitate. Et illud lumē deifice veritatis vt dicit Aug. vj. confes. est summa suauitas omni suauitate dulcior/omni luce clarior/omni secreto interior/ꝛ omni honore sublimior. Cuius visio vt ipse dicit sup Joānem est tota merces/ꝛ ideo pfecte satiat intelligentiā. Et hoc rationabil'r. ipse em̄ deus est finis desideriorꝫ nostrorum: qui sine fine videbit/sine fastidio amabit/sine fatigatiōe laudabitur. Ut dicit Aug⁹. xxj. de ciui. dei.

¶ Secundo datus est nobis in p̄mium vigorosum. p qd memoriā satiat diuine presentie gaudiosa tentione. Dulcor em̄ diuine veritatis ꝛ suauitas diuini amoris adeo tenaciter ꝛ vigorose in vita btā memorie imp̄mit: q ipsa mens nullaten⁹ ad momentū ab ea diuelli potest. Et ideo iugiter h̄ solum iocunde reuoluit in anio: Mihi adherere deo bonū est. Qd bn̄ per quandā p̄gustationez senserat sponsa cum diceret Can. vij. Tenui eum nec dimittā. Et iste nexus tentiōis indissolubilis ex pfecto diuino amore consurgit: qui mētē ita firmiter cum deo ligat q de nulla re alia delectabiliter cogitare valeat. Ut pz p Hugonem: q sic dicit: in del'. cor. Ad te me ꝯuerto dulcis amor Jesu: in quo totū bonuz aie mee ꝯsistit: in quocūq tu es dulcis amor semp cogitat qn̄ mōm exeat qn̄ verā pacē inueniat. Quicqd agat: qcqd in corde gerat. tu a memoria nō recedis. si qn̄ taceat d te cogitat. si qn̄ loquit de te loq desiderat/oibꝫ credit dulce qd sibi sapit. ¶ Tertio datus est nobis in p̄miū dulcorosuz: p qd saciat volūtatē diuine bonitatz iubilosa fruitiōe. Tāta est em̄ suauitas fruitionis diuine: tanta est iocūditas lucis eterne: vt si in ea tm̄ p vnum momētū morari licerz: merito pinde mille anni p̄sentis vite pleni delicijs/iusteq ꝯtemnerent. vt dicit Aug. in de libero arbitrio. Hec aūt suauitas fruitionis depēdet ex magnitudine diuini amoris. Quia sic dicit Rich. Amor ē dulcedo saporis intimi: vn̄ quāto qs ardentiꝰ deū amat/tanto suauiꝰ gustat. Licet aūt sm̄ Bern̄. i eterna btitudine tripliciter fruamur: deo scz videntes eū in omibꝫ creaturis: ꝛ habētes eum in nobis ip̄is. Nobilissimus tn̄ modꝰ fruitiōis ꝯsistit in cognitiōe btissime trinitatis. Propt qd dicit in q̄dā epl'a. Q illd est soluz ꝛ verꝫ gaudiū: qd nō de creatura sed d creatore ꝯcipit. Cui cōpara oīs aliena iocūditas meror est: oīs suauitas dolor ē: oē dulce amarū: ꝛ oē qdcunqz delectare pōt molestū. Et ido bn̄ dicit Hiero. q nullꝰ labor durꝰ: nulluz tēpus longū videri debet: q gl'ia eternitatis adqrit.

¶ Sciendū tn̄ sm̄ Bern̄. q ista gloria eternitatis differēter ꝯcedit/pmittit/oñdit/ꝛ pcipit. Nā ꝯcedit in p̄destinatiōe: pmittit in vocatione: oñdit in iustificatiōe: ꝛ pcipit in gl'ificatiōe. Qd nobis p̄stare dignet ꝛc.

¶ Sermo de sctō Stephano p̄mus Et in ordine. XVII.

Cum esset stephanꝰ plenus spūsctō intendēs in celū vidit gl'iaz dei. Act. vij. A ¶ In ꝟbis p̄missis beatus Stephanꝰ cōmēdat. a triplici pfectiōe. ꝓpter quā merito ꝓponit oibꝫ exemplariter imitandus. Nam primo commendatur a sanctitatis plenitudine: cum p̄mittitur: Ste. plenꝰ

spiritusctõ. Secũdo ab intentiõis re
ctitudine: cum subdit. inten. in celum
Tertio a celestis gl'ie certitudie cum
annectit/vidit gloriã dei. ¶ Circa pri
mum est sciẽdũ q in btõ Stephano
fuit duplex plenitudo. Una quidem
sufficiẽtie. Alia affluẽtie. Primũ ptz
p hoc q in omi statu suo et officio sp
se habuit virtuose. Nã in diaconatus
sublimatiõe tenuit veraz humilitatẽ.
In rerũ tpaliũ administratiõe serua/
uit apl'icam paupertatẽ. in feminaꝝ gu
bernatiõe quibꝰ fuit prelatꝰ/seruauit
integerrimã castitatẽ. Quia sicut dic
Aug. in hoc q Stephanꝰ p̃latus est
feminis habuit testimoniũ sincerissi/
me castitatis. Secundũ ptz p hoc q
plenitudo redũdãtie in btõ Stepha/
no q̃drupl'r se diffudit. Naz in ipsam
rõnalem se diffudit plenitudo sapie.
In ipam ꝯcupiscibilẽ plenitudo gra/
tie. In ipsaz vero irascibilẽ plenitudo
fortitudis. Sed in ipaz volũtatẽ ple/
nitudo charitatis. B ¶ De pmo
ptz. Nã in potentia sua rõnabili tan/
ta fuit sapiẽtia illustratꝰ/q astutiã se
cum disputantiũ euidẽter redarguit
z cõuicit. Act. vj. Surrexerũt aũt q̃/
dã de synagoga disputãtes cũ Ste/
phano/z nõ pote. re. sa. z spi. q loque/
bat. Nam p donũ sapientie ipoꝝ ver
sutias p̃uidebat z eoꝝ fallacias aptiꝰ
reuincebat. Unde in ipso pmo cõple/
tũ est illud Luc. xxj. Ego dabo vobis
os z sapientiã. i. facundã eloquẽtiam
sapiẽtia illustratã/cui nõ poterũt cõ/
tradicere oẽs aduersarij vestri. ¶ De
scdo ptz: Nã in sua cõcupiscibili tãta
fuit gr̃e plenitudo/q mentẽ eiꝰ singu
lariter illustrabat ꝓpter qd vultꝰ eiꝰ
tãq̃ vultꝰ angelicꝰ resplẽdebat. Item
eiꝰ mentẽ tanta suauitate dulcorabat
q ictꝰ fortes z duros lapides sibi sua
ues z dulces reputabat. Itẽ mentem
ipsiꝰ deificabat impmens sibi quãdã
deiformitatẽ diuine assimilatiõis/et
hoc habet lumẽ gr̃e ex eiꝰ indita ꝓprie
tate/q: est q̃dam emanatio sil'ima cla
ritati diuine. sicut radiꝰ solis est sil'i/
mus claritati solis. C ¶ De ter
tio ptz Nam in sua irascibili tanta fu
it fortitudinis plenitudo/q tam ꝟba
ipm blasphemantiũ/q̃ impetũ in eũ
frementiũ/q̃ etiaz acerrimos ictus
lapidantiũ/nõ solum patienter: verũ/
etiã gaudẽter sustinuit. Uñ dicit Au/
gusti. Pensate fratres quãte iste mar
tyr sit dignitatis z gratie/cui christus
rex glorie/totius sue militie vexillũ
cõferre voluit. Meruit em̃ primꝰ añ
ipsos apl'os calicem salutaris accipe
re de manu redemptoris/quẽ idez sal
uator de manu patris accepit/z p no
stra salute bibit. De q̃ ꝓ ba. Calix in/
ebrians q̃ preclarus est. Preclara ni
mis z acceptabilis deo ebrietas/qua
gl'iosus prothomartyr potatꝰ/z iude/
orũ impietatẽ intrepidus arguebat/
z Jesuz ad dexterã dei stantẽ videbat
z p lapidãtibꝰ flexis genibꝰ exorabat
Unde cũ sit primꝰ oim martyrũ/meri
to ipm eccl'ia tanq̃ principem fidei ce
teris martyribꝰ prehonorat/tam offi
cio duplici q̃ celebritate. Nec mirũ.
ipse eni alios sctõs precellit exẽplis:
quia fuit primꝰ passiõis z charitatis
christi imitator. Uñ dicit Aug. Illa
igit stilla dulcissime charitatis q̃ ab
ore christi in cruce defluxit/cũ p suis
crucifixoribus exorauit/prio Ste/
phanũ inebriauit: vt simili cõpassio/
nis affectu plus peccata psequentiũ/
q̃ suam mortẽ doleret. Ipse etiã ali/
os sanctos precellit z meritis: cui em̃
sanctoꝝ (legitur) donatuz fuit vt post
mortẽ sex mortuos suscitaret. Qd tñ
beatus Augꝰ. de isto sctõ testat. xxij.
de ciui. dei. D ¶ De quarto patz

Nam in sua voluntate tanta fuit plenitudo charitatis: q̄ sicut dicit Fulgenti⁹: plus dolebat pctm̄ lapidātiū q̄ ꝓpriū suppliciū. Cuius signuz fuit q̄ cū maiori feruore ꝓ inimicꝫ orauit q̄ ꝓ seipo. Qd̄ ptz Nam ꝓ ipis inimicis orauit cū genuflexione/cū magno deuotiōis clamore/ꝛ cū rōnabili allegatiōe dicens. Dñe ne statuas illis hoc pctm̄: qꝛ nesciunt q̄d faciūt. Pro se aūt orando: nec genuflexit: nec exclamauit: nec allegationē fecit. Hoc aūt ſm Bedaz iō factū fuit: qꝛ maior iniq̄tas/mai⁹ supplicādi remediū flagitabat. Sz ſm Aug. hoc iō fecit: vt vehementiā ardorꝫ sue charitatꝫ ostēderet: Uñ dic̄ in de laude charitatis. O charitas quō illis sapiebas: q̄ dulcis eis fuisti: quos tanta ꝓpter te sustinere coegisti/quibꝫ vinclis illos traxisti: q̄s nec ꝑ blandimēta retrahētia: nec ꝑ tormēta iminentia ꝑdere potuisti. Uñ si preciū tuū apud me inuenire nō potero: dabo tñ ꝓ te totuz qd̄ habeo/totā domus mee substātiam/totū qd̄ est in habitaculo cordis mei totū qd̄ est in intimo cordis mei ꝓ te dabo/ꝛ cū totū dedero totū q̄si nihil reputabo/oēs d̄lectatōes carnis mee oēs iocūditates cordis mei ꝓ te libenter impendā/vt te solā habere/te solā valeā possidere/tu sola mihi charior/tu sola suauior/tu sola iocundior/qꝛ tu cor ampli⁹ delectas/mentē abūdātius satias/v̄tutē ꝑfecti⁹ ꝯfortas/ꝛ totū hoiez tuti⁹ saluas. Quā nob̄ ꝛc̄.

¶ Sermo scd̄s de sctō Stephano. Et in ordine. XVIII.

Secūdo cōmēdatur ei⁹ ꝑfectio ab intentiōis rectitudine. qd̄ notat̄ cū subdit̄. Intēdēs in celū. A ¶ Et b̄ rōnabiliter: solū em̄ tūc intētio hūana recta ꝯuincit̄/quādo absq̄ aliqua obliq̄tate in honorē dei ꝛ celestē gl̄iaz dirigit̄. Pōt aūt dici q̄ rectitudo sue intētiōis colligit̄ ex tribus. Primo qꝛ habuit rectitudinē in suis affectiōibꝫ. solum em̄ illud ardēti⁹ desiderabat: qd̄ suū desideriū ꝑfectissime quietabat. Hoc aūt fuit iocūda ꝯtemplatio vultus diuini/q̄ sola ꝑfecte satiat humanū desideriū/p̄s. Satiabor cum ap. gl̄ia tua. Ideo d̄r Sap. v. Cogitatio iustoꝝ apud altissimū. Nec mirū. qꝛ iusti solum ibi posuerūt totū suū cumulū meritoꝝ/ꝛ totū thesauꝝ celestium p̄mioꝝ/ꝛ ideo rōnabil'r ibi versat̄ eoꝝ tota cogitatio/tota intētio/ꝛ tota affectio: qꝛ vbi est thesaur⁹ tu⁹ ibi est ꝛ cor tuū. ¶ Secūdo qꝛ habuit rectitudinē in suis oꝑationibꝫ: qd̄ ptz ꝑ hoc q̄ om̄es sue oꝑatiōes erant ordinate ſm diuinū bñplacitū: ꝛ modificate ſm rectū rationis iudiciū. Unde in oibꝫ suis actiōibꝫ: semꝑ reuoluebat illud Treñ. iij. Pars mea dñs dixit ania mea ꝓpterea expectabo eū. Hec em̄ expectatio qua mens figit̄ ꝑ desideriū in p̄mio celestiū gaudioꝝ facit oīa aduersa ꝓpter deū eq̄nimiter sustinere. Quod aꝑte figuratū est ꝑ illud qd̄ scribit̄. iij. Reg. vj. Domus dei cū edificaret̄ lapidibꝫ dolatis atz ꝑfectꝫ edificata est: malle⁹ āt ꝛ oīa ferramēta nō sunt audita in domo dñi cū edificaret̄. Domus dñi est ania bti Stephani q̄ ad vitam eternam lapidib⁹ torrentis dolabatur exterius: sed patientia ꝛ aliꝫ virtutibꝫ edificabat̄ interius ꝛ null⁹ sonus murmuratiōis vel contradictiōis auditus est ex ictibus lapidū in eum ꝓiectis. Quia illos ꝓ amore christi non solum patienter verumetiā gaudenter sustinuit. Unde Aug. in ser. Illa igit̄ virtus charitatꝫ

q̄ filiū dei de celo depositū: ipa Stephanū in certamine roborauit/ipa in martyrio consecrauit/ipsa eūdem in celo coronauit. Et hoc ipse dñs ore diuino discipl'is p̄misit. Matth. v. Cū vos oderint homines: z p̄secuti vos fuerint z dixerit oīe malum aduersum vos/mentientes p̄pter me: gaudete z exultate: q̄ merces vestra copiosa est in celis. B ¶ Tertio habuit rectitudinē in suis passionibus. Qō p̄z p̄ hoc q̄ passus est p̄ fidei dilatatione: z ideo Stephan⁹ regl'a incorrupte tatur: q̄ per passionē suam regulas fidei dilatauit: z exemplo suo alios ad fidei soliditatē incitauit. Unde dicit Aug. Licet Stephan⁹ ab aplis sit diaconus ordinat⁹/ipsos tamē trium/phali morte p̄cessit: z q̄ inferior erat ordine primus factus est passione. Nam qui discipul⁹ erat gradu/magister cepit esse martyrio. Item passus est p̄ro aduersorū conuersione: quia suis meritis z precibus Paulus conuersus fuit: vt dicit Aug. Item passus ē p̄ro suor⁹ labor⁹ perfecta quietatione A poca-lip. Ut mundo iam dic̄ spiritus vt requiescant a laboribus suis. Nec mirū q̄ tūc deus ipe manu sue pietatis absterget p̄ gustum sc̄z diuine suauitatis omnē lachrymā presentis calamitat⁹ ab oculis sc̄orū. z portabit eos coronē sue voluptat⁹: B ē fruitiōe eterne felicitat⁹ L ¶ Tertio cōmendat a celestis gl'ie certitudine cū annectit: vidit gl'ias dei. Que quidem certitudo hic ostendit ex tribus ¶ P̄rio ex claritate visionis q̄ celorum secreta penetrauit: et iō vidit gl'ias d̄i id ē claritatē corporis glificati ipi⁹ chr̄i Quā quidē oculus moralis in suo splēdore videre nō p̄z: z ideo relinqt q̄ istā gl'ias vidit oc'o mētali. ¶ Secūdo ex celeritate introductionis: z iō subdit. ecce video celos apertos. et ihesum stantē. Nō solum ad hoc vt solatiū z fortitudinē in passione mihi p̄ferat: sed etiā ad hoc vt me celeriter ad celestes gl'ias introducat. ¶ Tertio ex sublimitate eterne p̄miationis/z iō annectit a dextris virtutis dei. i. in potioribus bonis dei patris/ad designādū q̄ beatus Stephanū veller singulari excellētia gaudior⁹ eternal'r p̄miare. ¶ Et hoc rōnabil'r. Nam p̄ tria p̄uilegia spēialia beō Stephano in hac vita p̄cessa cuidēter oñdit q̄ sibi in eterna beatitudine debeat sublimitas p̄mior⁹. P̄rimū ē q̄ celū apt̄ vidit/qō soli Joāni baptiste p̄cessus fuit. Scōm est q̄ gl'ias dei vidit qō etiā soli paulo i raptu p̄cessū credit. Tertiū est q̄ claritatē corpor⁹ chr̄i glificati p̄spexit: qō etiā solū tribus discipl'is i trāsfiguratiōe legit̄ idulcū ¶ Ex dō cuidēter docet: q̄ sibi i eterna beatitudine debeat magna z singular⁹ sublimitas p̄mior⁹. Hāc aūt sublimitatē p̄mior⁹ bēatus Stephanus ex eo p̄meruit: q̄ de suis hostibus victorios aliter trīūphauit. Cui⁹ certamē exprimit figural'r in p̄gressione Dauid cum ipo Goliad. habuit ei cū dauid sūdās i manu. i. firmā fidē p dilectiōz opātē p̄pter qō ōr plen⁹ fide z spūsctō. Unō sua dilectio ex hoc p̄fecta oñdit: q̄ se dilatauit fm oēm dimēsionē. Qō p̄z habuit etiā charitat⁹ latitudinem qua vsq; ad inimicos diligēdos extēdit qñ p eis flexis genibus orauit. Habuit etiā charitat⁹ altitudinē: q̄ solū deus in p̄miū postulauit dicēs: Dñe suscipe spiritū meū Habuit etiā charitat⁹ longitudinē: q̄ in ea vsq; ad mortem p̄severauit. Et ideo meruit celos apertos videre/z Jesum stantē a dextris dei conspicere. non q̄ in hoc verbo aliqua loci positio designatur/sed pon⁹ in sessione chr̄isti ad patris dexteram

eius qu'es ⁊ potestas regia designat. Instando vero patrociniū cōmendatur: qꝛ in passione sua ipm̄ habuit adiutorē. Si ergo omnes hostes visibiles ⁊ inuisibiles expugnare volum⁹ hui⁹ inclyti christi militꝭ armis accingamur/habeam⁹ ergo fundam i manu. i. fidem ꝑ dilectionē operantem: ⁊ q̄nq; lapides in pera pastorali: vt oīa opera nostra ad honorem dei ⁊ regnū charitatis referam⁹. Hec em̄ opera q̄ in charitate fiunt philisteū ꝓsternūt: qꝛ omnia diaboli tentamēta deijciūt Dilatemus etiā charitatem exemplo istius militis cōtra inimicos plus dolentes de eoꝝ impietate: q̄ de nostra penalitate/⁊ sic ꝺ nostris aduersarijs victoriose triūphabim⁹ Qd nob ⁊c.

De sancto Joāne Sermo prim⁹. Et in ordine. XIX.

¶ Sciendum autē ꝙ ad hanc triplicem candidationē obseruandam tria potissime deseruiūt: Uicꝫ aqua regenerationis: sanguis redemptionis: ꝛ spiritꝰ iustificationis. Et isti sunt illi tres testes q̄ nostre puritati testimonium dant in terra: vt scribit. j. Joā. v. Quam etiam isto modo ꝑ appropriationem cōseruant in nobis vt ꝑ aquā intelligat frequens deploratio peccati. ꝛ sic decandidamur per aquam cōtritionis. In psal. Lauabis me ꝛ sup niuē albabor. Per sanguinē ꝟo intelligat deuota meditatio passiōis christi: per cuius sanguinē perfectissime cādidamur. Ideo scribit Apoca. vij. de innocentibꝫ: ꝙ lauerunt stolas suas/ ꝛ dealbauerūt eas in sanguine agni. i. per sanguinē christi fuerūt emūdati ab infectione originalis peccati. Per ignē ꝟo intelligat patientia: que habenda est in flagellis dei. ꝛ talis cādidatio fit per ignē tribulatiōis. Ideo scribit Dani. xij. Eligent ꝛ dealbabūtur ꝛ quasi probabunt. E ¶ Est etiam notabiliter aduertendum ꝙ ex triplici cādore predicto refulgebat in ipo triplex pulcritudo: vt merito dicatur ꝙ pulcritudinem candoris eius admirabitur oculus. Nam ex candore castitatis resultabat in ipo pulcritudo nature. Sapientie. iiij. O q̄ pulcra es casta generatio cum charitate Ex ipa em̄ castitate resultat in homine incōtaminationis puritas ꝛ fame claritas. Ex candore ꝟo mētis resultabat in ipo pulcritudo gratie: q̄ ipm faciebat dilectū ꝛ gratum deo ꝛ hominibꝫ. De hac pulcritudine scribit i ꝑsona aīe deuote Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea/ ꝛ macu. nō est i te. Et bñ dicit Tota pulcra. quia eiꝰ pulcritudo ꝛ candor apparet i sancta cogitatione: in sancta locutōe: etiam in sancta opatione. In quoꝝ nullo macula aliqua poterit inueniri. Ex cādore ꝟo charitatis ꝛ virtuose venustatis resultabat in ipso pulcritudo glorie. quia p̄miū essentiale beatitudis mēsurabitur vnicuiq; ꝑm moduꝫ charitatis ꝛ ꝟtualis ꝑfectionis. Unde q̄cūq; maior hic fuerit i charitate/ ibi erit gloriosior in beatitudine. Quam nobis concedat ꝛc.

¶ De sctō Bernardo ser. scdo Et in ordine. CXIIII.

Super imbrez eius expauescit cor. Hic secundo ostendit ꝙ perfectio beati Bernardi fuerit nō solum admiranda: sed etiam stupēda ꝓpter effectum doctrine. quam effudit. Naꝫ sicut in pulcritudīe candoris cōmendatur sanctitas eius vite: qua nobis exempla sancte imitationis p̄buit. sic in effusiōe imbris cōmēdat eiꝰ doctrina q̄ totā ecclesiam irrigauit: vt sic merito dicat ꝙ sup imbrē. i. sup copiosaꝫ

effusionē sue doctrine/expauescit cor
id est stupebit totus affectus huma/
nus. B ¶ Potest aūt dici/ꝙ eius
doctrina merito stupēda cunctis red
dit ꝓpter tria. Primo ꝓpter eius mul
titudinem. Tot em̄ ⁊ tanta scripsit: ⁊
⁊ b̄ tam in breui tempore/⁊ in tanta
sui occupatiōe/⁊ multiplici eius dis/
tractione: ꝙ merito copia sue doctri/
ne cunctis reddit admiranda ⁊ stupē
da. Uñ de ip̄o recte pōt itelligi quod
scribitur Eccli. xxxix. Et ip̄e tanq̄ im
bres mittet eloq̄a sapiētie sue. Tales
em̄ imbres doctrine nō solū emisit p̄
dicādo ⁊ docēdo: sed potius scribendo
eos copiose effudit ad instar gurgitū
vt scribit Job. xxxvj. Nec mirū. mēs
em̄ sua fuit iugiter ꝑ amorē ⁊ deside/
rium in diuinis meditatōibus eleuata
⁊ suspensa ad moduz nubis q̄ calore
solis in aere suspendit. Ex q̄ q̄dem ele
uatiōe mens sua tantis fuit radijs sa
pientie illustrata ꝙ nobis imbrē sapi/
entie salutarē copiose effudit. ¶ Se
cundo ꝓpter eius altitudinē. Multa
em̄ ꝓfunda mysteria sacre scripture
stilo alto ⁊ breui subtilissime penetra/
uit. vt patz in Cāticis: ⁊ plerisq̄ alijs
suis libris: quod sine reuelatione di/
uina habere nō potuit. Scientiā eniz
scripturaꝝ nō habuit ꝑ humanā eru/
ditionē: sed potius ꝑ orōnē ⁊ meditatio
nem. Uñ dicit in legēda sua: ꝙ q̄cq̄d
in scp̄turis didicerat/totū orando et
meditando: ⁊ b̄ maxime ī campis sil
ue se accepisse dicebat: aut etiā ꝑ diui
nā reuelationē. Naz q̄nq̄ ꝯfessus est
vt habet in legenda: ꝙ sibi meditanti
vel oranti sacra scp̄tura apparuit me
lius exposita q̄ vnq̄ legerit in scriptis
doctorum. Et ꝙ suam scientiā ꝑ reue
latiōem accepit/hoc potest colligi ex
triplici signo. Primū est: ꝙ dum scri
beret sup̄ Cantica: ⁊ q̄dā sibi in poste/
rum retinere vellet: vox ad eū facta
est dicens: Donec istud tenueris/ali/
ud nō accipies. Scd̄m signum est q̄
habuit noticiā futuroꝝ/q̄ sola diuina
reuelatiōe cognoscunt: vt patuit ī fra
tre Erhardo: cui suā ꝯuersionē ⁊ fu/
turi vulneris inflictionē p̄dixit. Ter/
tiū est: quia habuit noticiaz de gloria
beatoꝝ. Cū em̄ sctūs Malachias de
functus fuisset: ⁊ missa ꝑ defunctis ei/
dē cantaret: tūc beato Bernardo eius
gloria reuelata fuit. B ¶ Tertio
ꝓpter eius dulcedinē. Nam eius doc/
trina in ore omniū quasi mel indulco
rabit vt scribit Eccli. xlix. Uñ sibi cō
petit illud Gen̄. xlix. Aser pinguis pa
nis p̄bebit delicias regibus. i. se bñ q̄n/
tum ad deū regere volētibus. Signan
ter autē eius doctrina dr̄ panis ꝓpter
mentis refectionē: quia debiles men
tes corroborat. Sz dr̄ panis pinguis
quia affectū mirabilr̄ inflāmat. Nec
mirꝝ. Nam ip̄e tāferuent deum dile/
xit ꝙ in diligēdo moduz seruare non
potuit. Uñ dixit in libro de diligēdo
deo. Causa diligēdi deū/deus est. q̄a
in se cōprehēdit excellenter omnē rati
onē diligibilis. Modus aūt est ip̄m di
ligere sine modo. Etiā tāferuenter de
um dilexit: ꝙ totus in amore dei absor
ptus fuit/intantū ꝙ nullis fere sensi
bus corpis vteret. Unde poterat dice
re illud Gala. iij. Uiuo ego: iā nō ego
viuit aūt in me chr̄s. Ip̄e etiā tamfer
uēter deum dilexit/ꝙ amor dei oēm
amorem illicitū in corde suo extinxit.
Et p̄mo amorē cupiditatis: quia oīa
terrena deseruit/⁊ tanq̄ stercora re/
putauit. Secūdo amorem carnalita
tis. quia omnes carnis illecebras tan
q̄ venenū fugit: ⁊ illibatā virginita/
tem vsq̄ ad mortem p̄seruauit. Ter
tio amorem vanitatis. quia multos
episcopatus despexit: vbi in episcopū

pluries electꝰ fuit. Unū bñ poterat dicere illud ps̄. Elegi abiectꝰ esse in domo dei mei magis q̄ꝫ habitare in tabnaculis peccatoꝝ. L ¶ Ad h̄ seruit notabile exemplum de q̄dam sancto viro/q̄dam p̄ore Carthusien̄. qui cum ꝓpter vite sue sanctitatem essꝫ in episcopū electus: ⁊ multi episcopi vicini de hoc multum applauderent: ꝙ in eoꝝ ꝯsortium transire deberet: Ille renuit episcopatū suscipe/asserens se indignum tanto statu. Qui cū breui interuallo temp̄is post hoc decumberet: ⁊ in lecto egritudinis multum debilitatus esset: Quidā episcopꝰ qui ip̄um artius dilexit sibi assistebat: ⁊ causaꝫ quare episcopatū renuerat diligenter inquirebat. Cui tandem post multas instantias sibi de h̄ faciēti respōdit. Causam nunc nō dicam: sed si voluntas dei fuerit/post mortem eam vobis referam. Qui cū decessisset: ⁊ episcopus freq̄nter deū rogaret. ꝙ causam nō acceptandi ab illo sctō viro audire mereret̄. Ille septia die sui obitus/ep̄o in oīone posito in magna luc̄ claritate apparuit. Ex q̄ etiā claritate episcopus territus fuit. Cui ille. Ne timeatis/q̄ ego sum ille quē in morte adiurastis: ⁊ nūc p̄ voluntatem dei vobis causam dico: scientes ꝙ si fuissem de numero episcoporuꝫ iam essem de numero reproboꝝ. Qđ ideo dicere potuit. quia multi saluantur in statu vno: qui nō saluarent̄ in alio. ¶ Quia status episcopalis magnam charitatem requirit: puta pro ouibꝫ animā suam ponere: ⁊ eis terrenam substantiā liberaliter impēdere. Quod qui nō faceret: indigne episcopatū susciperet. Quia talis iuxta verbum saluatoris nō nomine pastoris: sed solo nomine mercennarij dignus esset: quia terrenam substantiā ouiū saluti p̄ponit. Cuius rationē assignat Bern̄. sup̄ psal. Qui habitat: dicens. Errat omnino q̄ celestez illam dulcedinem diuini. s. amoris huic cineri cōparauerit. qui illud celeste balsamuꝫ huic veneno carnal' delectationis assimilauerit. ⁊ qui illa charismata spūs sancti omnibꝫ mūdi vanitatibꝫ non p̄tulerit. D ¶ Unde ꝓpter p̄dictas ꝯditiones sue doctrine sermo beati Bernardi erat p̄ditus tanta potestate ꝙ sibi obediebāt insensibilia elementa: Sicut pt̄ꝫ in epistola: quā cuꝫ scribi facerꝫ sub diuo/magna pluuia supuenit. Et cum scriptor vellet chartam ꝓpter pluuiam complicare: dixit Bernardus: Scribere nō desistas/quia opus dei est. ⁊ statim pluuia cessauit. Sibi etiā obediebant obstinata hominū corda: Sicut patꝫ in militibꝫ q̄busdā rapinas exercētibꝫ. quibꝫ cum vinum ꝓpinaret/dicēs eis: Bibite sanguinem animaꝝ: illi cōtinuo cōpuncti ad penitētiam redierunt. Sibi etiā obediebāt demonia. Qđ pꝫ. q̄ꝫ q̄dam expulit solo scp̄to. sicut patꝫ in q̄dam demoniaca cui scedulā misit: Precipio tibi demon in nomīe Iesu chr̄i vt exeas ab ea. Quā scedulā statim vt collo eius appendit: demō ab ea recessit. Quedam etiā expulit suo baculo: vt patꝫ in muliere a demone vexata. cui baculum suum dedit: ⁊ extunc demon ad eam accedere nō presumpsit. Quedam v̄o expulit solo iussu ⁊ imperio: Sicut patet in demone quem excōmunicauit: qui statim a vexato recessit. Sermo etiam eius nobis portas celi aperit: ⁊ imbrem gratie copiose nobis effundit. Cuiꝰ nos participes fa. ⁊c̄.

¶ De sctō Bartholomeo ser. p̄mꝰ. Et in ordine. CXV

PErcusserunt me ⁊ vulnerauerūt me/tulerūt palliū meuz custodes muroꝝ/filie hierl'm nunciate dilecto qꝛ amore langueo Cañ.v. Verba proposita ꝑmo pñt exponi: de passiōe gloriosi apl'i bti Bartholomei. Scdo ꝺ aīa deuota feruide affectātis pñtiaz sui sponsi. ¶ Propt' ꝑmū est sciendū Q. in verbis istis tria īplicant/q̄ cōcernunt totā passiōez hui⁹ gl'iosi apl'i Primo nāqꝫ ostēdit/q̄lit' fuerit passus: cū ꝑmittit: percus. me: ⁊ vulnera. me: tul. pal. meū. Scdo ostendit a q̄bus fuerit passus: cum subdit: custodes muroꝝ. i. pōtifices temploꝝ qui moti ex zelo inuidie cupiditatis ⁊ ire: apl'm interfici ꝓcurauerunt. Tertio exprimit vera causa ꝓpter quā apl'us voluntarie fuerit passus: Et hoc fuit ꝑfecta charitas christi/ꝑ cuius amore passus fuit: quā etiā sibi peti nunciari. Nō ꝓpter suaz instructionē: sed ꝓpter nr̄am imitationē/ꝓpter qꝺ annectit: filie hierl'z nūci. dil. qꝛ amore langueo. A ¶ Circa ꝑmū est sciendū ꝙ modus sue passiōis ꝺ colligit ex tribus. ꝓpter triplex genus martyrij qꝺ sustinuit. Primo nanqꝫ fuit fustigatus. Scdo fuit excoriat⁹. Tertio fuit decollat⁹/⁊ hec tria in verbis ꝓpositis innuunt. Naz eius fustigatio notat cū ꝑmittit: ꝑcusserunt me. Eius excoriatio notat cū subdit: tulerūt palliū meū. Sed ei⁹ decollatio notat cū ꝺr: vulnerauerūt me: minus dicit ⁊ plus significat. letaliter em̄ ipm vulnerauerunt /quia caput eius absciderūt. ¶ Primū ptz: Nam postq̄ apl's regem Polemium cum toto suo populo baptisasset/⁊ omnia simulacra destruxisset pontifices temploꝝ nunciauerūt regi Astragi fratri polemij. Q. btūs Bartholome⁹ cultū deoꝝ suorū euacuasset: ⁊ fratrē suū polemiuz ꝑ artē magicā subuertisset. Qꝺ audiens rex in furorē accensus manu armata fecit adduci beatuz Bartholo. Qui sil'r demoni imperauit: ⁊ simulacrū regis ꝯminuit. Quod cum rex audisset/purpurā suā scidit: ⁊ beatū apl'm acerrime fustigari fecit/ꝓpter qꝺ bene dicere potuit illud ps̄. Sup̄ dorsum meū fabricauerūt pctōres: ꝓlongauerunt iniquitatē sibi. Quia ꝑ hoc reatum suū multuz auxerūt ꝙ ꝓ cultura idoloꝝ sctōs occiderūt. Sz prochdolor in l'ti hodie idola ⁊ simulacra in corde suo constituūt pro quibus exterminādis beatus Bartholomeus multas penas imo ipsam mortē acerrimā alacrit' sustinuit. Qꝺ bene figuratū est. j. Mach. ij. vbi Antiochus precepit idolum abominabile sup altare poni ⁊ ab om̄ibus adorari ⁊ sabbatū nō celebrari. Tunc em̄ idolum super altare cordis ponit/quando praua ꝯcupiscentia in corde dñatur: tunc autez adoratur qñ animus vsqꝫ ad cōsensum peccati ꝓtrahitur: ⁊ sic sabbatum dñi nō celebrat: quia per hoc animi quies amittitur. B ¶ Scdm patet Nam sic dicit Theodorus beatus. Cum btūs Bartholomeus tanq̄ verus agricola christi corda gentilium/verbi dei seminibo fecundaret: ⁊ tanq̄ vera lucerna fidei ipsoꝝ cordium tenebras illustraret: Illi furore cecati apostolū crucifixerunt: et pro maiori acerbitate penarum viuū decoriauerunt. Et ideo signāter dicit ꝙ ipsum vulnerauerūt ⁊ ꝙ eius pallium. i. pellē sui corporis abstulerunt. Et ideo bene poterat dicere illud Job. ij. Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habet homo dabit pro anima sua. Ipse enim gaudenter

p chr̄o exposuit pellē mortalitatis: vt ab ip̄o vestiretur stola imortalitatis. ¶ Tertiū pt3 Attendens em̄ apl's illud ꝟbum chr̄i Matth. xvj. Quid ei pdest homini si vniuersuz mundū lucraret: anie ꝟo sue detrimentū patiat Jccirco p anie sue gl'ificatiōe: vitam suā ⁊ cuncta q̄ habuit p fide chr̄i alacrit exposuit. Et ido postq̄ p̄mo fuerat fustigat⁹: deinde crucifix⁹ ⁊ excoriatus: tandē fuit ad iussum regis capite truncat⁹: vt dicit Theod. Unde ꝓpter penas p̄dictas q̄s alacrit p chr̄isto sustinuit de ip̄o apte ꝟificat: illud qd scribit Luc. x. Quidā hō descēdit ab Hierusalē i hiericho ⁊c. Et bn̄ dicit quidā hō/ꝓpter ei⁹ singularē excellentiā ⁊ dignitatē: qua chr̄s eū p suo vexillifero singl'arit elegit. Hic autē hō ab hierusalē in hiericho descendit quando chr̄s ipsum in Licaoniā ad p̄dicandū misit. Qui incidit in latrones. i. in crudeles ⁊ impios tortores: qui etiā eū expoliauerūt pellē suā excoriando: ⁊ a corpe suo imanit detrahēdo. Plagas etiā imposuerūt/ip̄m flagellādo ⁊ p⁹ hoc crucifigēdo. Semiuiuū etiā reliquerūt: ip̄m ad vtimū decapitādo. Licet em̄ p decollationē vere fuerit mortu⁹: ꝓpter hoc tn̄ dicit semiuiuu⁹ relictus: qr licz moreret in corpe: in ania tn̄ q̄ est potior ps hoīs fruit ꝑpetua bt̄itudine: q̄ sibi ꝓvita fragili ⁊ mortali/gl'ificatio aīe ⁊ vite imortalitas compensatur. ¶ Scdo ostēdit a qbꝫ passus est. cū subdit: custodes muroꝝ/p quos intelligunt pontifices temploꝝ: q btm̄ Bartholomeū regi Astragi iniuriose detulerūt: ⁊ ip̄m capi ⁊ interfici ꝓcurauerūt. Qui etiā bene dicunt custodes muroꝝ: qr solum intendebāt muris templi: vel ꝯstruendis vel ornandis aut lapidibꝫ ⁊ simlacris colēdis: nullis aūt pietatis opibꝫ excolendis. Et ideo isti pontifices ⁊ idolorū cultores merito dicti sūt latrones vt iam patuit Luce. x. Quia tāq̄ fures ⁊ latrones. Primo subtrahebant ab idolis ea q̄ offerebāt. Scdo subtrahebāt a templis qbꝫ inanit seruiebāt Tertio subtrahebāt munera ⁊ oblatiōes a ꝓpl'o quos fallacit decipiebāt De primo scribit Baruch. vj. Subtrahūt ab idolis aurum ⁊ argentū: ⁊ erogāt illd in semetip̄is: dant etiā ex ill' ꝓstitutis: ⁊ meretrices ornāt: ⁊ cū iterū illd receperint a meretricibꝫ ornant ex eo deos suos. De scdo scribit Dan. xv. Q sacerdotes fecerunt absconditū introitū sub mensa: ⁊ intrātes sanctuariū comedebant ea q̄ fuerant idolis imolata. De tertio scribit Osee. vj. Galaad tu mihi caput idoli fauces viroꝝ latronū ꝑticeps sacerdotū in via ꝑgētes de Sichem. glo. dum docēt eos vanis idolis imolare. D ¶ Tertio ostendit vera causa ꝓpter quā passus fuit: ⁊ hec fuit charitas christi: quā etiā sibi petit a fidelibus nūciari nō ad suā instructionē: sed poti⁹ ad nr̄am edificationē: vt sui exemplo chr̄m ardētissime diligam⁹ Un̄ dicit. Filie hierusalē p quas intelligit anias deuotas: nūciate dilecto qr amore langueo. Propt qd etiam om̄es penas ⁊ om̄ia tormēta alacriter sustineo. ¶ Sciendū aūt q lāguor hic vocat fastidiū om̄is rei que nō est illud/qd solū amat. Un̄ super isto ꝟbo dicit glosa. pre magnitudine amoris diuini om̄ia tꝑalia sunt mihi fastidio. Qui g̃ in q̄cūq̄ re creata aliquo modo delectat/q̄uis deū amet tn̄ in amore diuino nō languet. Quia languor iste sūmū importat graduz ⁊ ꝑfectionē amoris. Unde ad huius amoris amplexum sponsus eternus

qui p̄ nimio amore nostre salutis in cruce occubuit: fiducialiter bem̄ Bartholomeū: ⁊ in eo quālibet animā deuotam inuitat Canti. viij. sic dicens. Pone me sicut signaculū sup̄ cor tuum: ⁊ sup̄ brachium tuū. quia fortis est vt mors dilectio tua. ¶ In quibꝫ ꝟbis chr̄s p̄mo tangit diuini amoris intimitatem: cū p̄mittit Pone me sicut signaculū sup̄ cor tuum. q̄si diceret: h̄ volo. hoc mādo: h̄ p̄cipio: vt diligas me ex toto corde: ⁊ ex tota anīa: ⁊ ex tota ꝟtute: eo modo q̄ te p̄us dilexi Et quia chr̄s dilexit nos liberal'r sine aliqua retributione. penaliter: cuꝫ totius sui sanguinis penali effusiōe. ⁊ p̄seuerant̄ sine q̄libet interruptione. q̄a nec penaꝝ multiplicitas: nec mortis acerbitas suam dilectiōem erga nos interrumpe potuit. Ita certe ipe vult ꝙ diligam⁹ ip̄m liberal'r sine aliq̄ tēporali retributione: sed solū sue bonitatis amore. Secūdo penaliter ⁊ cuꝫ penaꝝ afflictione: ita ꝙ nulla pena: nulla turbatio nos ab eius amore declinet. Tertio p̄seuerant̄ sine cuiuslibet vicij interruptione: vt amor dei ī corde tuo p̄ nullam cōcupiscentiā vnq̄ interrūpi possit. Per hoc aūt ꝙ d̄t Sicut signaculū: chr̄s innuit ꝙ vult ꝙ sup̄ cor ⁊ affectū nostꝝ ita imp̄matur ⁊ sigillet̄ forma sui amoris: vt totus affectus noster sigillet̄ sua dilectione: ita vt efficacia sui amoris oēm alium amorē nālē ⁊ carnalē a nob̄ excludat: ⁊ in nobis extinguat: ita vt ip̄um solum pre omnibꝫ ⁊ super omnia diligamus E ¶ Secūdo tangit diuini amoris vigorositatem: cum subdit/ ⁊ super brachium tuum. Per brachiū aūt s̄m Grego. operatio amoris designatur. quasi diceret. Non soluꝫ volo vt dilectionem meam intus portes in corde: sed etiam vt eam exterius ostendas in opere. Quod bene fecit beat⁹ Bartholomeus: q̄ beneficiū redemptionis nostre p̄ deuotam gratiarū actionem iugiter reuoluebat in corde: ⁊ fideliter dei gloriā ⁊ sui amoris excellentiam p̄dicabat in ore. ⁊ diuinum amorem declarauit in opere. Quia pro amore christi vt visum est fuit fustigatus/ crucifixus/ excoriat⁹ ⁊ ad vltimū decollatus. Et ideo dicit beatus Theodorus: ꝙ beat⁹ Bartholomeus fuit thesaur⁹ dei: quia mōm ditauit. fuit margarita dei: q̄ ignobilitatē ⁊ vilitatem nostram suis meritis nobilitauit. Et fuit splendidū lumen dei: quia p̄ fidei claritatem tenebrosum mūduꝫ illumiauit. ¶ Tertio tangit diuini amoris vtilitatē: cū annectit: quia fortis est vt mors dilectio tua. Utilitas em̄ sui amoris in h̄ apparuit/ ꝙ pro nostra redēptione in cruce mori voluit. ⁊ ꝙ hominē deum perfecte diligentem mūdo mori facit Unde dicit̄, Gala. ij. Uiuo ego: iā ꝟo nō ego: viuit āt in me christus. Non solum autez dei dilectio est fortis vt mors: imo est fortior morte. Quod p̄bat Hugo per h̄/ ꝙ mors que separabat animā christi ab eius corpore viuo: nō poterat separare animā ⁊ mentem beate Marie magdalene ab ei⁹ corpore mortuo. Unde beatus Bartholomeus isto amore inflammatus bene potuit dicere cum apl'o Roma. viij. Quis nos separabit a charitate christi: tribulatio an angustia: an gladius: quasi diceret: Nō. Uñ subdit. Certus sum ꝙ neq̄ mors/ neq̄ vita/ neq̄ alia creatura poterit me separe a charitate que est in christo iesu. Cuius nos imitatores ⁊ participes faciat ⁊c̄.

¶ De sc̄tō Bartholomeo ser. sc̄ds

Et in ordine. CXVI.

SEcūdo eadem verba possunt exponi de anima deuota feruide affectātis p̄sentiam sui spōsi. Que apte in hec ꝟba ꝓrumpit dicens. Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. ꝑcusserūt me: ⁊ vulnerauerūt me. tulerunt palliū meum custodes murorum. filie hierusalem nūciate dilecto quia amore langueo. In q̄bꝫ verbis tria per ordinem implicant. Primo nanq; sponsa innuit ip̄orū predicatorum circa se conatū ⁊ diligentiā: cum p̄mittit Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. i. sancti p̄dicatores ⁊ doctores: q̄ bene dicunt vigiles: q̄a sibi ip̄is ⁊ alijs vigilant: ⁊ eos ad augmētum ꝟtutis instigant. Secundo ostendit sue salutaris doctrine virtutem ⁊ efficaciam: cū subdit: ꝑcusserūt me/ ⁊ vulnerauerūt me. tulerūt pallium meū custodes murorꝝ. Tertio exprimit diuini amoris (quem ab ipsis cōcepit) ꝑfectionē ⁊ excellentiam: cuꝫ annectit Filie hierusalem nūciate dilecto q̄r amore lāgueo. A ¶ Circa p̄mū est sciendū: q̄ ip̄orꝝ p̄dicatorꝝ conatus ⁊ diligentia per h̄ innuit: q̄ ꝓfectum spūalem ⁊ salutē sponse sic vigilanter quesierūt. Anīa em̄ deuota ardenter querit sui sponsi solacia. Ideo dicit: Quesiui ⁊ nō inueni illū. Hec em̄ solacia spōse quādoq; ad tēpus subtrahunt: vt auidius q̄rant et cauti⁹ custodiant. Unde dt Bern̄. Ideo se dn̄s ad horam subtrahit ⁊ occultat vt ardēti⁹ q̄rat. q̄ situs cū maiori gaudio inueniat: inuētus stricti⁹ teneat: ⁊ forti⁹ custodiat. Pōt etiā dici q̄ iō dn̄s ad tp̄s subtrahit spūales delicias: vt nr̄e infirmitatis caueat expēsas. Nā si aīe ꝯcederet tali suauitate frui q̄ntū vellet: se totā ꝯsumeret. ⁊ insup oēs act⁹ actiue vite suspensi penit⁹ remanerēt. Quod vt dn̄s caueat menti deuote talia solacia ad temp⁹ subtrahit. Interim tamē ip̄i vigiles ⁊ murorū custodes per q̄s, s̄m glo. intelligūtur doctores ⁊ p̄lati/ ip̄am inueniūt/ ⁊ ip̄am suis exemplis ⁊ doctrinis reficiūt. Ul' vigiles isti possunt dici sancti angeli: a quibꝫ menti deuote sancta desideria sponsum q̄rendi ardentius inspirant. Uel etiam ip̄i vigiles possunt dici p̄dicatores ⁊ doctores: q̄rū doctrinis ⁊ exemplis anīa ad q̄rēdum spōsum ardentius inflammat. B ¶ Circa scd̄m ē sciendū: q̄ virt⁹ ⁊ efficacia salutaris doctrīe ip̄orꝝ p̄dicatorꝝ innuit ex triplici actu. q̄r ꝑ ip̄orum doctrinā anīa deuota ꝑcutitur/ vulnerat/ ⁊ pallio spoliat. Nam tūc ab ip̄is ꝑcutitur/ q̄n per ip̄orū verba ⁊ exempla laboribꝫ afficit: ⁊ corpus suum abstinentijs/ oratiōibꝫ ⁊ vigilijs fortiter atterit. Tūc aūt vulnerat cū iaculo feruētis amoris ⁊ supne ꝯtemplationis dulciter ꝯfoditur. Uulnus em̄ amoris sine dolore suscipit/ ⁊ suauiter tolerat. Unde dt Grego. Tunc custodes spōsam vulnerant q̄n p̄dicatores celestia loquētes anīam amātem afficiunt: ⁊ corpus eius suaui iaculo amoris pungūt. Tūc aūt pallio spoliatur: q̄n per eorꝝ doctrinam affectus ei⁹ a desiderio corporalis cōmodi/ ⁊ a sui ꝓprij corporis amore retrahit. Aut etiaꝫ dū ei⁹ affect⁹ ab amore terrenorꝝ rescindit: In q̄bꝫ affect⁹ aīe deuote tanq̄ q̄dam velamēto exteriori velat ⁊ abscondit/ vel poti⁹ carcerat. Unde pōt dicere cuꝫ ap̄lo Roma. vij. Infelix ego hō q̄s me liberabit d̄ corpore mortis hui⁹: Origenes etiaꝫ int̄ ista tria sic distinguit. Dicit enim q̄ ip̄i predicatores animaꝫ deuotam

ꝓcurrunt rēpbensiua correctiõe/vul⸗
nerāt ꝓpassiua ꝓsolatione. Sed pal⸗
liũ tollũt/exemplari ꝓsilioꝝ induct⸗
one: quibꝫ ania inducit ad terrenoꝝ
ꝓtemptũ. Nã vt ipe dicit/q̃ charita⸗
tiue rēpbendit: circa charitatē ipius
aminonēt⸗ pie afficit. Qui erã ꝓpas⸗
siuã ꝓsolationē ab alio recipit intima
affectiõe ꝓsolantē diligit. Qui ꝫo vo
lũtarie pauperis culmē ascendit: et
ad eã aliũ ꝫbo z exẽplo deuote allicit
eo ipo a corde suo palliũ mũdanarũ
diuiciaꝝ tollit q̃ ipm i altissima pau
pertate imitatorẽ suum facit. L

¶ Tercia tertiũ est sciendũ q̃ excellẽ⸗
cia z pfectio diuini amoꝛ⸗ apte notat
cũ ãnectit. Nũciate dilecto: q; amo⸗
re langueo vt infra clarius appebit.
Et q; tanta est pfectio diuini amoris
q̃ nõ põt recipi nisi in subiecto dispo
sito: iõ in ista vltima picula Primo
tangit ipi⁹ aie ꝓgrua dispositio/cuꝝ
ꝑmittit. Filie hierl'ez nũciate dilecto
Deinde subdit ipi⁹ amoris excellẽtia
z pfectio cũ subdit. Quia amore lan⸗
gueo. Propẽ ꝑmũ est sciendũ/q̃ cõ⸗
grua dispositio anie ad recipiẽdũ di⸗
uinũ amorẽ est vera bũilitas: q̃ colli⸗
git ex hoc q̃ ipa sponsa inferioribꝫ se
supplicat: vt ipi dilecto magnitudi⸗
nẽ sui amoꝛ⸗ denũciet. Et in hꝫ sẽ ór
Origenes/imitat sponsũ suũ: q̃ sicut
ex bũilitate ab iferioꝛi se voluit bapti
sari. Ita ipsa ꝑ inferiora se vult dile⸗
cto suo suũ amorẽ denũciari. ¶ Ad
cui⁹ maiorẽ euidentiã est sciendũ/q̃
ipa bũilitas oĩes porẽ ias anie dis⸗
ponit ad gratuitaꝝ pfectionẽ diuini
amoris z aliꝝ donoꝝ dei. Quod ꝓz
Nam disponit potentiã rõnalem ad
diuinã illuminationẽ. Vñ scribitur
Matth. xj. Confiteoꝛ tibi pat̃ rex ce
li z terre: quia abscondisti hec scz di⸗
uina mysteria a sapientibꝫ z prudẽ⸗
tibus. i. bis qui ꝑ inflationem super⸗
bie z propꝛie reputationis sibi vide⸗
bantur sapientes / z reuelasti ea par
uulis id est humilibꝫ de scipsis humi
lia sentientibus. Disponit z trascibi⸗
lem ad regie potestatis adeptionem.
Unde. j. Regũ. xv. dixit Samuel ad
saul. Luz esses humilis in oculis tu⸗
is caput in tribubus israel factus es:
Ideo subditur Prouch. xij. Humi⸗
lem spiritu suscipiet gloria. Insuper
disponit concupiscibilem ad perfe⸗
ctam diuini amoris inflammatio⸗
nem: Qõ bene parit in beata vir⸗
gine que virtute sue bumilitatis me
ruit esse mater dei/z igne diuini amo
ris totaliter concremari. Propter qõ
ipsa est illud altare aureum ꝑ charis⸗
tatis fulgoꝛez/in quo deus pater ob
tulit filium suum ꝑ nostra redempti
one z salute. Sciens ergo sponsa se ꝛ
ne bumilitate nõ posse illuminari in
ratiõali/nec magnifice eleuari in ira⸗
scibili/nec pfecte per amoꝛez inflãma
ri in concupiscibili: Ideo ꝑ bumilita
tem se subijcit inferioribꝫ perens: vt
ꝑ ipsas affectio mentis suo sponso de
nunciaret. Et ideo post eius congruã
dispositionẽ statim subiũgit sui amo
ris excellentiã z perfectionem cum di
cit. Nunciate dilecto quia amore lan
gueo. D ¶ Propter qõ est scien⸗
dum/q̃ ille languoꝛ imporat fasti⸗
dium omnis rei create/que non est il
lud quod solum vnice et feruentissi⸗
me amatur. Sciendum autem q̃ su
per hunc locuz Origenes distinguit
inter amoꝛem/ardoꝛem/ et languo⸗
rem: Quia ꝼm ipsum amant incipi⸗
entes / ardent proficientes/ sed lan⸗
guent perfecti: Amant actiui/ardẽt
contemplatiui/sed languent in vtro⸗
q̃ ꝓsumati: Amant qui habent reo
z se/q; tales seipsos z alios diligunt

ꝓpter deū. Ardent/qui habēt res ⁊ nō se. quia licz tales res exteriores ꝓpter inerā necessitatē sui ⁊ aliox possideāt voluntatē tamē suam in omib⁹ (vt patet in beato Job) diuine volūtati conformant. Languent vo qui nō habēt res/nec se. quia tales omnia mūdana ⁊ etiam seipos ꝓpter deum totaliter cōtempserūt: vt ptz i aplis. Et iste amor languēs (vt dicit Origenes) est stimulus diligentie. quia animā stimulat ⁊ monet ad inquirēdum dilectum. Est etiam titulus audacie: quia ipa nō solum in die ꝑsperitatis: verūetiam in nocte aduersitatis querit dilectū. Est etiam cumulus ꝑseuerāne: quia aliter corpo a querēdo resilīret quo dilectū non inueniret. Cuius cōtrarium ipsa dicit: Quesiui ⁊ nō inueni illum: vocaui ⁊ nō respōdit mihi. Et ideo talis amor languens est impatiēs quietis: quaz excludit. Est irreuerēs honoris: quē paruipendit: qz solitaria de nocte querit. Et est omnino indeficiens donec amantem amato ꝑfecte cōiungat.

¶ Si aūt querat quid sit ista dilectio que appellatur amor ⁊ lāguor? Ad hec respondet spūssanc⁹ Cantic. viij. cum dicit. Lampades eius lampades ignis atz flammaꝝ rē. In quibus verbis sm Origenē innuit: qd ille amor languēs est ignis inextinguibilis: est flamma inoffuscabilis: ⁊ est thesaurus inestimabilis. Primū notatur cum dicit: Lampades eius lampades ignis. s. illius ignis quez venit christus mittere i terrā. i. in corda terrena ⁊ frigida: vt p feruorē charitatis icalescāt. Qd aūt iste ignis sit inextinguibilis tangit cum subditur: Aque multe. i. tribulationes multe: non poterunt extinguere charitatē. Qd sit etiam flamma inoffuscabilis/tangit cū subditur: Nec fluminа obruent eam. Nam obruere sm Origenē idem est qō obscurare. Qd aūt sit thesaurus inestimabilis/tangit cū dicit: Si dederit homo totam substantiam p dilectione/quasi nihil despiciet eā. Naz sm Origenem. Ubi abundat amor eternoz̄: mor vilescat possessio rerum labentium. Unde dicit aplus Phil. iij. Omnia mihi detrimentū feci: id est ꝓpter amorem ⁊ bonorē christi omnia scz corporalia ⁊ carnalia mihi detrimentum feci. i. tanq̄z nociua ⁊ noxia ad salutem ꝓempsi/⁊ ꝓtemnēda docui. Et qō plus est: omnia talia arbitratus sum vt stercora. i. tanq̄z immūda ⁊ amatores suos inq̄nātia: vt christum lucrifacerē: qz ipe christ⁹ est rectum lucrū ⁊ tota merces sanctoꝝ. Cuius ratio est. quia ipe est denarius in vinea dñi laborantiū: vt patz Matt. xx. Ipe est merces ⁊ brauiū in stadio huius mūdi ad beatitudinē currentiū vt patz. j. Corin. ix. Ipe est corona in agro virtualis pugne viriliter certantiū: vt patz. j. Corinth. ix. Quā coronam nobis per vim amoris ꝓmereri ꝓcedat rē.

¶ De sctō Bartholomeo ser. tertius Et in ordine. CXVII.

Pelle ⁊ cūcta q̄ habet hō dabit ꝓ anīa sua. Job. ij. In verbis ꝓpositis passio beati Bartholomei tripliciter cōmendat. Nam ꝑmo describit eius passio q̄ntum ad persone nobilitatem que passa est. Secundo quātum ad pene acerbitatez: quā passus est. Tertio quantum ad cause honestatem/ꝓpter quam passus est. Primū notat cum dicit: homo. Secundū notat cum subdit: pellem ꝓ

pelle. Tertiū notatur cuz annectitur/ ⁊ cuncta q̄ habet homo dabit pro anima sua. A ¶ Circa p̄mū est sciēdum: q̄ hoc nomen homo nō importat hic solaz designationē nature: sed potius cōplementū ꝑfectiōis humane quantum ad tria. Primo quantū ad discretionē rōnis/ qua pōt de oībꝫ iudicare q̄d liceat: aut q̄d expediat fieri: vel quid vitari. ⁊ etiā ſm hanc potestatem om̄ibꝫ dominari. Ps. Oīa subiecisti sub pedibꝫ eiꝰ ⁊c. Sed istā dignitatē homo ꝑ petm̄ ꝑdidit: ⁊ bestijs irrōnabilibꝫ similis factus fuit. Ideo d̄r ꝓpheta. Nō cum i honore esset nō intellexit. i. dignitatē sui status nō aduertit. ⁊ iō compa. est iumētis insipientibꝫ: ⁊ similis factꝰ est illis. quia homo post peccatuz ita sequit̄ ꝯcupiscentiā sicut bruta anialia rōne carentia. Scdo quantū ad v̄tutē mansuetudinis/ ſm qd̄ homo d̄r animal mā/suetū natura. Mansuetudo em̄ ⁊ benignitas sunt homini natural'r complantata: vt dicit Seneca in libro de clemētia. Et iō q̄tienscunq̄z homo bestialiter furit: ⁊ irrōnabil'r turbatur: tūc vtiq̄z cōtra naturā homis compatur iumētis/ ⁊ bestiali pelle induitur. Tertio quantū ad viuacitatē sensus ⁊ opationis. ſm quē modū d̄r apl'us Heb. v. Qui exercitatos habent sensus/ ad discretionē boni q̄ntū ad agēda: ⁊ mali q̄ntum ad fugienda. ¶ Et ista tria ꝓprijssime cōueniebāt apl'o. ⁊ ideo ꝓprijssime dicit̄ homo/ ꝓpter hominis dignitatem. Ip̄e em̄ p̄mo fuit discretus in p̄dicādo: q̄r fidem ⁊ mores docuit. vicia ꝑ oīa detestatꝰ fuit: ⁊ idola penitus destruxit. Unde bn̄ figuratur ꝑ Asa: q̄ lucos succidit: ⁊ delubra subuertit: vt patz. ij. Paral'. xiiij. Secūdo fuit mansuetus in supportādo: quia penas acerbissimas puta fustigatiōis: crucifixionis: excoriatiōis: ⁊ ad vltimū decollatiōis patientissime sustinuit. ⁊ adeo alacrit̄ quasi nūq̄z melius fuerit epulatus. Tertio fuit exercitatꝰ in operando: quia in om̄i genere v̄tutum fuit summe operosus Qd̄ patz. quia fuit ꝑfectus ꝯtemptor mūdi: ꝑfectꝰ explorator sui: ⁊ ꝑfectus amator dei. Et ista tria exēplo Pauli imitari debemus: dicētes cū ꝓpheta: Bonitatē. s. māsuetudinis: ⁊ disciplinam v̄tuose. s. exercitatiōis: ⁊ scientiā. s. recte discretiōis doce me. Et subdit̄ causa: quia mādatis tuis credidi ⁊ eis adimplēdis me totuz deuoui

B ¶ Circa secūdum est sciendum: q̄ acerbitas sue pene notat̄ cū subdit̄: pellem ꝓ pelle. i. rez minus charā: puta pellem mortalitatis dabit ꝓ re magis chara: puta ꝓ veste glorie ⁊ imortalitatis. Utinā oēs homines sequerent̄ illud consiliū: vt hec mortalis vita daretur ꝓ immortali ⁊ ꝑpetua. res tēporales darent̄ ꝓ eternis. ⁊ bona vilia ⁊ caduca pro nobilibꝫ ⁊ preciosis. ¶ Potest aūt dici q̄ btūs Bartholomeus triplicē pellem quā habuit deo dedit ⁊ obtulit. Nam vno mō pellis d̄r res tēporalis/ q̄ extrisecus adiacet homini: sicut pellis adiacet corpori. Michee. iij. Pellē eoꝝ desup excoriauerunt. Alio mō pellis dicit̄ vita mortalis in quā homo incidit ex peccato. In cuiꝰ signū deus fecit Ade ⁊ Eue post eiectiōnē eoꝝ d̄ paradiso tunicas pelliceas: que sue vite mortalitatem indicabant: vt patz Genes. iij. Tertio modo pellis dicit̄ supficies corpis/ q̄ totū corpus claudit̄ ⁊ vestit̄. Job. x. Pelle ⁊ carne vestisti me: ossibꝫ ⁊ neruis compegisti me. Et in his tribꝫ cōprehendunt̄ oīa bona que habuit beatus Bartholomeꝰ: vicz res temporales: corpus ⁊ vita. que omnia volū

tarie ꝓ ania sua dedit ⁊ amore dei li-
beralit̄ exposuit. Qđ pz. nā primo res
tp̄ales dedit cū ꝓpter chr̄m oia terre-
na despexit. Uñ cū rex Polemius si-
bi offerret mulos oneratos auro ⁊ ar
gento ⁊ gēmis p̄ciosis: dixit regi. Ego
nihil terrenū possideo nec concupisco
⁊ iō ea q̄ mihi offers/in vsus paupeꝝ
pupilloꝝ ⁊ viduarū expendas. Et de
hac voluntaria paupertate gl'iabat pe-
trus Mat. xix. cū in ꝑsona oim apo-
stoloꝝ dixit chr̄o. Ecce nos reliquim⁹
oia: nō solum in effectu/qꝛ nihil possi
demus: sed etiā in affectu/qꝛ nihil ter
renū desideram⁹. quid ergo erit nob̄?
id est/quid ḡ dabis nobis p̄mij? Ubi
chr̄s ꝓ mercede voluntarie paupertatis
ipsis apl'is ⁊ eoꝝ sequacibꝫ promittit
dignitatē iudiciarie ptātis: vt pz ibi-
dem. C ¶ Scđo corpus suū deo
dedit: cū illud amore dei duris pena-
rum tormētis exposuit: q̄ oia pro chri
sto gaudēter sustinuit. Uñ tunc recte
poterat dicere cuz apl'o Phil'. ij. Sed
⁊ si īmolor sup̄ sacrificiū ⁊ obsequiū
fidei vestre: gaudeo plane ⁊ cōgratu-
lor omnibꝫ vobis. Uñ sibi cōpetit qđ
scribit̄ Leuit'. j. Detracta pelle hostie
artus in frusta ꝯcident: ⁊ subijciēt in
altari strues lignoꝝ. Igne aūt suppo
sito intestinis ⁊ pedibꝫ lotis aqua: ad-
olebit sacerdos in holocaustū sup̄ al-
tare in odorem suauissimū dño. Ista
hostia fuit btūs Bartholomeus: cui
fuit pellis detracta ꝑ excoriationē: ar
tus fuerunt in frusta concisi qñ fuit
crucifixus ⁊ decapitatus. pedes eius
⁊ intestina fuerūt lota quādo sue affe
ctiones fuerunt mundate per sangui
nem christi ⁊ per aquā mundissimaz
spūssancti. Circa istam etiā hostiā po
sita est strues lignoꝝ: quia int⁹ in ani
ma habuit incentiua sanctorū deside
rioruz. Extra vero habuit ligna bono
rum opeꝝ: deinde subiectus ēst ignis
scz amoris qui flagrabat in mente/et
passionis qui ardebat in corpe. Et sic
verum holocaustū extitit: quia totus
incensus fuit. Naz eius anim⁹ incen
sus est per amorē: corpus ꝑ passionē:
verba per zeli ardorē: opera vero ꝑ pa
tiendi feruorē. Et sic fecit odorez sua-
uem per odoriferā famā. suauiorez ꝑ
sincerā conscientiā. suauissimā autez
per penā spōtaneā. D ¶ Tertio
christo vitā dedit cum seip̄m morti ⁊
crucifixioni volūtarie obtulit: in quo
signū perfecte charitatꝫ ostendit. Jo.
xv. Maiorē hac dilectionē nemo ha-
bet q̄z vt animā suam ponat quis pro
amicis suis. Et hoc bene figuratū est
j. Reg. xviij. vbi dicit̄ ꝙ Jonathas di
ligebat Dauid quasi animā suā. naz
expoliauit se tunica sua ⁊ dedit eā da
uid. Per Jonathā autez qui interpre
tatur donū columbe sanct⁹ Bartho-
lomeus intelligitur: qui dono spūssan
cti repletus fuit. Ipse enim diligebat
dauid. i. christum tanq̄z animā suam
imo sup̄ animā: quia ꝓ eius fide mor
tem gaudenter sustinuit. Tunc autē
tunica sua se expoliauit ⁊ dauid tra-
didit: quando ꝓpter christū excoriat⁹
fuit. E ¶ Circa tertiū est sciendū
ꝙ causam sue passionis habuit hone
stissimā: quia charitatez summā/qua
maior/honestior/⁊ vtilior haberi non
pōt. quod notat̄ cum annectit̄: dabit
pro ania sua. Ad cuius maiorē euidē
tiam est sciendū ꝙ beatus Bartholo
meus oia que habuit liberaliter ⁊ vo-
luntarie ꝓ ania sua dedit. Et hoc tri-
bus modis. Primo nanq̄z pellem rei
temporalis dedit ꝓ anima sua plene
perficiēda in mūdo: adquiescens illi
consilio christi Matth. xix. Si vis ꝑ
fectus esse vade ⁊ vende om̄ia que ha
bes/⁊ veni sequere me. Qđ ideo chr̄s

christꝰ signãter adiecit: quia ad perfectionẽ euangelicã nõ sufficit ꝙ quis tpalia ꝯtẽnat (qđ multi phi amore studij veritatis fecerũt. xij. q. ij. socrates.) nisi cũ hoc vitã ⁊ exẽpla christi imitetur ⁊ eis ꝯformet. Et ideo christꝰ subiunxit: et veni sequere me. Quia terrenorũ derelictio ẽ solũ q̃dã dispositio remota ad pfectionẽ euãgelicã assequendam / in q̃ntũ animũ liberũ ⁊ expeditũ reddit ad vacandũ deo. Sed ipa seq̃la ⁊ imitatio exẽploꝝ christi est illius pfectiõis ꝯsũmatio. Secũdo pellem vite mortalis dedit ꝓ anima sua beatificãda in celo: quia si istã vitã transitoriã cõtra dei voluntatẽ ⁊ beneplacitũ amasset: nunq̃ beatã eternalr possedisset. Et ideo christꝰ dixit Job. xij. Qui amat animã suã / perdet eã. Ubi dicit Augꝰ. Noli amare in hac vita: ne perdas in eterna vita. Ille em̃ ſm Chryſ. amat animã suã in hoc mũdo qui eius prauis desiderijs assentit: ille vero odit eam qui eius prauis desiderijs nõ acquiescit. Unde ⁊ subdit: Qui odit animã suã in hoc mũdo: in vitã eternã custodit eã. Signãter autem magis ſm Chryſ. voluit dicere / qui odit q̃ q̃ ei nõ cedit: vt ꝑ hoc insinuet / ꝙ sicut ille qui odio habet non potest delectabilit videri nec audiri: ita cũ aĩa praua desideria sentit / statĩ sunt cũ quadã vehemẽtia detestabilit repellẽda. ¶ Tertio dedit pellẽ supficialẽ corpis ꝓ aĩa sua sublimãda in iudicio: vbi in corpe glorificato sedebit cũ alijs apl'is sup sedes duodecim iudicãtes duodecim tribus isrl'. Quia sez ipis apl'is christo credẽtibꝫ credere noluerũt: vt dicit Hiero. Hãc em̃ stolã imortalitatis ⁊ glorificati corporis apl'i ⁊ alij sancti recipiẽt: quia hic volũtarie ꝓ christo in mortẽ suas animas tradiderũt: ꝓpter quod per ipm gloriose coronabunt dyademate ꝑpetue glorie: ⁊ palmã eterne vite meritorie possidebũt. Tunc em̃ accipient coronã glorie ⁊ dyadema speciei de manu dei sui. Quia ipe solus eos coronabit / qui solus ipos in anima ⁊ corpore beatificauit. Quam coronã hic nobis ꝓmereri ꝯcedat ⁊c.

¶ De sancto Augustino Sermo primus / et in ordine. CXVIII

Sol illuminãs per oĩa respexit: ⁊ gloria dñi plenũ est opus eiꝰ: Ecci. xlij. Quia beatꝰ augustinꝰ fuit a deo eternaliter ꝓuisus ꝓ coruscãti lumine / tã vita q̃ doctrina totã ecclĩam illustrãte: ideo merito ꝑ sidus maxime luminosum exp̃mit / cũ dicit: Sol illuminans ꝑ oĩa respexit ⁊c. In quibꝫ ꝟbis tria suam perfectionẽ integrantia per ordinẽ implicãtur. Primo nanq; attollitur a cognitionis ⁊ sapientie claritate. Secundo a sue doctrine vberitate. Tertio ab eius fructu ⁊ vtilitate. Primum ostendit solis luminositas / cum premittit: Sol illuminãs. Secũdum ostendit respectus generalitas / cum subdit: per omnia respexit. Tertiũ ostendit glorie preclaritas cum annectitur: et gloria domini plenum est opꝰ eius. A ¶ Circa primum est sciẽdum / ꝙ claritas sue sapientie aperte per illumiationẽ solis intelligitur. Quia sicut sol est fontale principium luminis / ipsam lunam et ceteras stellas illustrãs. Sic beatus Augustinus lumen sue sapientie in omnes alios diffudit. Et sicut stelle ⁊ cetera sidera lumen a sole recipiunt / et ipsum postmodum in alia corpora diffundunt: ita ſm Remigiũ omnes

alij doctores lumen sapiētie a doctri
na bri Augustini hauriūt: ⁊ ipm dei/
de in alios ꝑ suam doctrinaꝫ diffun/
dunt. Etq; sapientia est candor lucis
eterne: ideo reqrit mundū ⁊ puꝝ rece
ptaculū anime. Ex quo ptꝫ q̄ntā puri
tatem mentis incōtaminabilis beat⁹
Augustin⁹ habuerit. in quo de⁹ tan/
tum pelagus sapientie effudit. Un/
de de b̄ bene gloriari poterit assumēs
illud v̄bum sapientie increate Eccl̄i.
xxiiij. Ego sapientia effudi flumia. Et
bn̄ d̄t flumia pluraliter. quia q̄cquid
ꝑtinet ad sciētie puritatē: ad moꝝ re/
formationē: ad v̄tutū crementū ⁊ au
gmētationē: ⁊ ad dulcē ꝯtēplationē/
totū i sua doctrina euidenē disseruit:
⁊ lucidissime comp̄hēdit. Propt̄ qd̄
bn̄ p̄t dicere illd̄ Sapiētie. vj. Quid
aūt sit sapiētia: ⁊ quēadmoduꝫ facta
sit referā. ⁊ nō abscōdā a vobis sacra/
mēta dn̄i. Un̄ pōt dici ꝙ sicut nullus
doctoꝝ fuit eo in doctrina fructuosi
or: sic nūc est omnib⁹ doctorib⁹ in pre
mio gloriosior. B ¶ Scd̄o com
mēdat̄ a doctrine sue fecūditate cum
subdit̄: ꝑ oīa respexit. quia oēm statū
eccl̄ie lumine sue doctrine fecūdauit.
Un̄ de ip̄o v̄ificat̄ quod scribit̄ Job.
xxxvij. Lumē illi⁹ sup̄ terminos terre
Quia ꝑ lumen sue doctrine pctōres
traxit ad cordis cōpūctionē. actiuos
ad v̄tutis cremētū ⁊ nutritionē. ꝯtē/
platiuos v̄o ad mētis illustrationē. p̄
latos v̄o ⁊ pastores ad sollicitam sui
gregis custodiā ⁊ gub̄nationē. Et iō
bn̄ d̄ ip̄o v̄ificat̄ v̄bū ꝓpositū vicꝫ: sol
illuminās ꝑ oīa respexit: q; ꝑ suā vi/
tā ⁊ doctrinā salutiferā oēm statū ec/
cl̄ie illustrauit ⁊ docuit C ¶ Ter
tio cōmēdat̄ a sue doctrine fructu et
vtilitate: cū annectit̄/ ⁊ gl̄ia dn̄i plenū
est op⁹ ei⁹. q; ꝑ op⁹ doctrine oēm sta/
tū eccl̄ie fecūdauit. ¶ Ad cui⁹ maio/
rē euidētiam ē sciendū: ꝙ fruct⁹ ⁊ vti
litas sue doctrie colligit̄ ex trib⁹. Pri
mo: q; ꝑ suā doctrinā ip̄os icipiētes i
bono virtutis fecūdauit ⁊ stabiliuit.
Scd̄o: q; ꝓficiētes in ꝓgressu v̄tutis
inflāmauit. Tertio: q; ip̄os cōtēplati
uos in cognitiōe veritatis ⁊ gustu di
uine dulcedis sublimauit. Que tria
sibi ascribuut̄ Ecclesiasti. l. Ecce sacer
dos magnus qui in vita sua sufful/
sit domū: inquantuꝫ ecclesiā q̄ est do
mus dei/ fundauit ⁊ stabiliuit in fi/
dei cognitione ⁊ virtuosa operatione:
⁊ hoc quantū ad incipientes. Sequi
tur. ⁊ in dieb⁹ suis corroborauit tēplū
Quia ip̄os proficientes qui iam sunt
facti templuꝫ dei per gratiam in pro/
gressu virtutis per suam doctrinam
roborauit ⁊ inflammauit. Sequitur
Templi etiaꝫ altitudo ab ip̄o funda/
ta est ⁊c. hoc potest referri quantū ad
ip̄os contemplatiuos/ quos sua do/
ctrina eleuauit ad cognitionem diui
ne veritatis: ⁊ ad quandam pregusta
tionem diuine suauitatis. Et de his
trib⁹ potest exponi quod scribit̄ Ge/
nesis. xlix. Neptalim ceruus emissus
dans eloquia pulcritudinis. Nam ꝓ
pter primū: quia ip̄os incipientes per
suam doctrinam in bono virtutis.
Ideo recte dicitur/ neptalim. Nepta/
lim enim interpretatur habitatio vel
dilatatio. Et vtraq; interp̄tatio satis
apte congruit incipientib⁹: in quib⁹
deus per donum gratie incipit habi/
tare. Joan. xiiij. Ad eum veniemus ⁊
mansionem apud eum faciemus. Et
bene dicit pluraliter faciem⁹. quia to
ta trinitas mentē rationalem ꝑ grati
am inhabitat: spūssctūs puta sancti/
ficādo: filius illuminādo: pater in bo
no ꝓposito ꝯfirmando. Per donū ei
gr̄e ip̄i incipiētes dilatant̄ tripl̄r. Pri
mo q̄dez ad hilariter ambulādū i via

mandatoꝝ. Ps. Uia mandatoꝝ tuorum cucurri: cum dilatasti cor meuz. Scdo ad fortiter pugnādū in ꝯgressu hostiū/carnis vicz/mdi/ꝛ diaboli s. Regū. ij. Dilatatū est cor meuz sup inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo. Tertio ad magnanimiter sustinendū onera tribulationū. Ps. In tribulatione dilatasti mihi. Quia magnanimiter tribulationū onera sustinētes/habēt dilatationē victorialez q̄ntum ad irascibilez. scientialē quantū ad rōnalem: q̄ hostiuz tentamenta prudenter p̄uidet. ꝛ delectabilem q̄ntum ad ꝯcupiscibilē: q̄ in via mandatoꝝ dei singulariter delectat. ¶ Propter scdm dicit ceruus emissus. id est ad currendū expeditus. In quo notat strenuitas opationis in pficientibus quā p feruidū conatum habent in pgressu virtutis. Hiere. ij. Cursor leuis explicans viam suam. Et ideo beatus Augustinus vt esset leuis in pgressu ꝟtutis abiecit triplex onus: vicz diuitiarū/p paupertatem voluntariā. Deliciaꝝ/p abstinentiā. qz de eo scribitur q accessit ad alimēta sicut ad medicamenta. ꝛ dignitatū/p humilitatē pfectam. Unde eo plurimū reluctāte/fuit p sanctū Ualeriū in episcopū ordinatus. ¶ Propter tertiū ꝟo dicitur: dans eloquia pulcritudinis. Hoc ꝑtinet ad cōtemplatiuos: quibꝫ sue doctrine eloqa sūt pulcra/intellectui ad percipiendū. quia sūt castitate plena. Ps. Eloquia dñi eloqa casta. Sunt voluntati feruida ad inflammādum Ps. Ignitum eloquiū tuū vehementer ꝛc. Sunt etiaz affectui dulcia ad gustandū. Cañ. iiij. Sicut vitta coccinea labia tua: ꝛ eloquiū tuū dulce. psal. Q dulcia faucibꝫ meis eloquia tua ꝛc. Cuius suauitatis nos participes faciat ꝛc.

¶ De sctō Augustino ser. scdo Et in ordine. CXIX.

Fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandū paradisuz. Gen. ij. A ¶ Quia ad exprimendum pfectionē beati Augustini: omēs humane lingue ꝛ omnes reꝝ similitudines deficiūt. Ideo ad eius p̄coniū oēs creature certatim festinant: oēs suas ꝓprietates in eius laudis p̄coniū offerētes. ꝓpter qd ꝟba ꝓposita ꝯuenient assumunt p cōmēdatiōe bti Augustini In quibꝫ plenitudo sue pfectōis quā p influentiā diuini luminis assecutus fuit q̄druplr describit. Primo qdez a donoꝝ diuinoꝝ affluētia ꝛ vbertate. Scdo a diuini influxus euidentia ꝛ claritate. Tertio ab eiusdē eminentia ꝛ nobilitate. Quarto a ꝟtutuz influentia ꝛ fecūditate. Propter p̄muz p̄mittit Fluuius. Propter scdm subditur: egrediebat. Propter tertiū subiūgitur: de loco voluptatis. Propt q̄rtum annectit: ad irrigādū paradisuz ¶ Circa p̄mū est sciendū: q suoꝝ donoꝝ affluentia ꝛ copiositas congrue p fluuiū intelligit. quia sicut fluuius ille corporalis abundabat aquaꝝ copia ꝛ pfunditate: Sic mens bti Augustini fuit affluenter repleta/omnium ꝟtutū copia ꝛ diuine sapientie affluētia. Propter qd apte sibi cōgruit qd scribit Eccli. xxiiij. Ego quasi fluuius Dorix exiui de paradiso. dixi: rigabo hortū plātationuz. Etsi diligent ꝛ pfunde ꝯsiderare voluerimus: tūc in ꝟbis istis beatus Augustinus respondet triplici q̄stiōni. ¶ Primo nanq queri posset: quante fuerit pfectionis in seipso. Ad hoc respondet Q quantitas mee perfectionis in hoc apparet

q ego ꝓpter oim virtutū ⁊ donorum affluentiā sum q̄si fluuius dorix. quasi diceret: Ego ꝓpter virtutū copiaꝫ ⁊ donoꝝ oim affluētiā recte possuꝫ fluuio ꝯparari. Sed ideo dicit fluuius dorix/ qd interp̄tat medicamentū cōsilij: qꝛ diuina ꝓuidentia ip̄m ab eterno ad hoc elegit/ ⁊ in tpe ipsum nobis exhibuit: vt per suā doctrinā ⁊ exemplarē vitā nobis medicamentū ⁊ eterne salutis cōsiliū ministraret: vt videbitur in ꝓcessu. ¶ Scdo posset q̄ri: vnde ad nos deuenerit? Ad qd respōdet dicēs q exiuit de paradiso/ hoc est de amabili cognitiōe diuine ꝓuidentie: q̄ ip̄m in nobis lumē singulare totius ecclesie ꝓuidit ⁊ destinauit. Propter qd tota eccl'ia de hoc bn̄ficio gloriatur ⁊ exultat dicēs. Letare mat̄ nostra hierl'm ⁊c. ¶ Tertio possꝫ queri ad quid ⁊ ꝓpter quē fructū fuerit nobis ꝓuisus ⁊ exhibitus? Ad qd respōdet dicēs/ q missus sit ad irrigandū ⁊ fecundandū hortuꝫ plantationū. i. aiam rōnalē quā deꝰ sua manu deifica ꝑsonalit̄ formauit/ ⁊ suijpsius imagine insigniuit. Quē quidē hortū sua doctrina salutari ⁊ vita exēplari ꝑ donū sapiētie fecundauit ⁊ omnibꝫ ꝟtutibus adornauit. Un̄ ꝓpter magnā ⁊ ꝟtuosam abundantiā sue ꝑfectiōis et doctrine de ipso proprie verificat qd scribit. Ecci. l. In diebꝫ ipius emanauerūt putei aquarū. i. ꝓfunditas sententiaꝝ qua nobis arcana diuinitatꝭ reserauit super om̄es alios doctores Qui quidē putei in diebꝫ ipsius emanauerūt: qꝛ ad clarā ⁊ intelligibilē noticiā oim hoim lumine rōnis vtentiū sunt ꝑducta virtute sue sapiētie ⁊ doctrine. B ¶ Scdo influxus diuini muneꝭ in btō Aug. attollit ab eiꝰ euidētia ⁊ claritate/ cū subdit: egredi chatur. Et h̄ cōueniēter, nā q̄dīu lumen diuie sapiētie latet in arcana simplicitate diuie nature: tūc est incōprehenbile oī nature create. qꝛ nulla creatura rōnalis ꝟtute sui luminis naturalis illud pōt attingere. Un̄ dt Dio. in de mist. theo. q simplicitas diuine claritatis occultat oī lumini ⁊ subtrahit oī cognitioni. Sꝫ postq̄ illud lumen ꝑ sui effluxum a diuina essentia egredit: ⁊ menti rōnali diuinitꝰ infunditur: tūc menti rōnali manifestat et cognoscibile reddit. Et illud lumē diuine sapiētie adeo clare effulsit in vita ⁊ doctrina bti Augꝰ. q de ipso proprie verificat qd scribit Ecci. l. Quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo dei. Qd patꝫ: nā in interiori tēplo sue consciētie refulsit ꝑ oīmodā scitatē ⁊ virtutū variā venustatē. Sed in exteriori tēplo scꝫ eccl'ie/ refulsit exēplari sua cōuersatōe: qꝛ in oibꝫ suis motibꝫ nob̄ reliquit exempla edificatiōis. Et etiā in salutari informatiōe: qꝛ ꝑ affluentiā sue doctrine totā eccl'iam irrigauit. Un̄ ꝓpter excellentiā sue doctrine dicit Remi. q alij doctores cōparant stellis: sed Augꝰ. cōparat soli. qꝛ sicut stelle lumē suū a sole recipiūt: ita oēs alij doctores lumen vere sapiētie hauriūt a fonte sue doctrine. Propter qd ipse multū excessiue sup doctores alios cōmendat ꝑ Uolusianū: q dicit in epl'a ad Augꝰ. Etsi in alijs chr̄i sacerdotibus vtcūqꝫ ignorātia tolerek/ ac vbi ad augustinū deuentū fuerit: legi dei deest q̄cq̄d ip̄m ꝯtigerit ignorare. De quo tn̄ p̄conio Aug. ex humilitate multū doluit/ ⁊ scribentē curialiter in sua epistola reprehendit. C ¶ Tertio cōmendat influxus diuini muneris/ ab eiꝰ eminētia ⁊ nobilitate cum subiūgitur: de loco voluptatis/ hoc est de puritate ⁊ iocūditate diuine nature vnde lumen diuine sapiētie

nem. i. triplicẽ gratiã dei in nob incar
cerant ⁊ extinguũt. ¶ Primo quidez
gratiã tꝑalem in bonis exterioribꝰ: et
hanc incarcerãt cupidi ꝑ auariciã: dũ
pauperibꝰ ⁊ egenis nõ impendũt sti/
pendia eis debita iure naturali ⁊ diui
no: qui vtiq; de h̃ diuinã ⁊ etiã huma
naz maledictionẽ incurrũt. Prouer.
xj. Qui abscondit frumẽta maledicet
in ppl'is. ¶ Scdo gratiã suꝑnatura
lem incarcerãt superbi in donis cele/
stibus/dum ꝑ vanã gloriã se extollũt
⁊ dona dei sibi ꝑsis ⁊ suis meritis as/
scribũt. De quibꝰ cõquerit apl's Ro.
j. ꝙ tales veritatẽ dei in iniusticia de
tinẽt. Iniustũ em̃ est ⁊ impiũ ꝙ aliq̃s
veritatis cognitionẽ a deo receptaz ꝓ
salute ⁊ vtilitate alioꝝ in seipso deti/
net ⁊ ꝓximo nõ impẽdat: sed potiꝰ i se
ipo detineat ⁊ suis viribꝰ ascribat. Et
iõ suꝑ taliũ hoim ipietatẽ ⁊ iniusticiã
ira dei. i. vidicta dei reuelabit: qꝛ tales
in extremo iudicio euidẽter ⁊ patẽter
cõdemnabũtur. Unde dicit apl's ibidẽ
Reuelabit em̃ ira dei suꝑ oẽm impie
tatez ⁊ iniusticiã hoim q̃ veritatẽ dei
in iniusticia detinẽt. ¶ Tertio gr̃am
sermocionalẽ incarcerãt ipi luxuriosi
in salutaribꝰ doctrinis: dum ꝑ malaz
vitã ⁊ suis prauis exẽplis suã doctri/
nam obfuscãt ⁊ cõtemptibilẽ reddũt
Et tales reꝑhendit apl's Ro. ij. Qui
aliũ doces teipm non doces: qui ꝑdi/
cas non furandũ furaris. q. d. inordi
nate agis: qꝛ tibi primũ debes inten/
dere s̃m rectũ ordinẽ charitatis. ⁊ in
eodẽ c. dicit. In quo em̃ aliuz iudicas
. i. reꝑhendis: teipm cõdemnas. q̃a cõ
sil'ia agens tuipe tibi testis es tue dã
nationis. Ideo scribit Lu. xix. Ex ore
tuo te iudico serue nequã. Unde dicit
Amb. Qꝛ manꝰ que sordes abluit de
bet esse mũda. Ille ergo iudicet de al
terius errore qui nõ habet in se q̃d iu/
dicet: ne cũ de alio iudicat/in seipsum
sententiã ferat. D ¶ Est autẽ no
tabiliter aduertendũ ꝙ simile adulte
rium q̃d herodes cõmisit corporaliť
multi hodie procdolor cõmittũt spi
ritualiter/fratris sui philippi vxorẽ si
bi cõtra legis veritũ vsurpando. Naz
philippus interp̃tať os lampadis/et
signat ipm christũ qui caro ⁊ frať no
ster est Gen. xxxvij. Hic em̃ philippꝰ
habet triplicẽ vxorẽ. i. tria bona q̃ sibi
soli retinuit: ⁊ ꝑ h̃ sibi q̃si mr̃imoniaľr
desponsauit. Primũ bonũ est gloria
q̃ sibi ⁊ nulli creature debet. Jõ dicit

apls.j. Tim.j. Soli deo honor ⁊ glia Et Esa.xlij. scribit. Gliam meā alteri nō dabo. Scōm ē iudiciū. Ille ei sol⁹ ꝑe pt ꝺ alio iudicare/ q̄ secreta cordis pōt conspicere. Qd cōpetit soli deo: qꝛ ipse solus est q̄ scrutat renes et corda: vt dicit in ps. Et iō scribit.j. Cor.iiij. Nolite ante tp̄s iudicare quousq; veniat dn̄s q̄ illuminabit abscondita tenebrarū ⁊ manifestabit cōsilia cordiū ⁊ tūc laus erit vnicuiq; a deo. Tertiū est vindicta: quā etiā deus sibi soli retinuit. Deut.xxxij. Mea ē vltio ⁊ ego retribuā illis in tpe scz iudicij: qn̄ diuina iusticia reddet vnicuiq; ꝑm opa sua. Iō scribit Rom.xj. Mihi vindictā ⁊ ego retribuā dicit dn̄s. Ex q̄ pꝫ manifeste q̄ q̄cunq; p̄dicta tria sibi temere vsurpat/ aut de donis dei gloriando ⁊ ea suis meritis ascribēdo. vel aliū in corde suo/ etiā vel ꝟbo exteriori temere iudicādo. aut etiā de iniuria sibi illata vindictā appetendo. q̄ talis spūale adulteriū ꝯmittit: ⁊ fratri nr̄o philippo.i. ipsi chr̄o vxorē suā subtrahit: ⁊ etiā ip̄m Joānem.i. gr̄am dei in seip̄o incarcerat ⁊ extinguit. Similit̄ etiā ille Joannē cum herode spūalit̄ incarcerat/ q̄ talentū ad vtilitatē aliorum sibi creditū abscondit: aut q̄ ip̄is predicatoribꝫ veritatē docentibꝫ silentiū imponit: aut eos quocūq; modo in actu suo impedit. Et omnes tales absq; dubio cum ipso herode eternaliter dānabunt. A q̄ nos custo. ⁊c.

¶ De natiuitate scte Marie Ser.j. Et in ordine.CXXV.

Sapientia edificauit sibi domū: excidit columnas septem Prouer.ix. A ¶ Qm̄ inter oēs creaturas nlla digna fuit verbuz eternū ꝑ salute nr̄a incarnandū suscipe/ nisi solū templū vteri ꝟginalis. iō illud templū ꝑ sapientiā diuinā creari oportuit/ vt tanti inhabitatoris capax esse posset. Propter quod istud templum ꝟgineum diuinitus fabricatū/ in ꝟbis istis ꝓponit in hunc modū. sapiētia edificauit, ⁊c. In quibꝫ verbis natiuitas gl̄iose ꝟginis tripliciter attollit ⁊ eximie cōmendat. Primo nāq; attollit ab opificis dignitate. Scdo a sue ꝓductōis singularitate. Tertio a rei ꝓducte nobilitate. Propt̄ primū p̄mittit/ sapiētia: q̄ est supremꝰ artifex oim rerū. q̄a ꝑm Aug. Non est auctor excellentior deo/ nec ars efficacior dei ꝟbo. Propter scōm subdit: edificauit sibi.i. ad sue mā̄sionis habitaculū sibi ab eterno ꝓuisum. Sed ꝓpt̄ tertiū annectit: domū. ¶ Circa primū est cōsiderandū q̄ sicut opꝰ pulcrū suū artificē cōmendat/ ita dignitas artificis in dignitatē artificiati redūdat. Propt̄ qd merito btā ꝟgo cuiꝰ ortꝰ ⁊ cōceptio ꝑfecta est ꝟtute sapie icreate merito a dignitate tāti opificis ꝯmēdat. Lz aūt oia creata sint ꝓducta ꝑ sapiaz diuinā: specialit̄ tn̄ ꝓductio ⁊ cōstructio istiꝰ domꝰ ei appropriat: qꝛ fuit ab ea eternalr ꝓuisa: tpalr ꝓducta: ⁊ singularit̄ electa in matrē ꝟbi: tēpluz dei: ⁊ sacrariū spūsscti. Propt̄ qd signāter dt q̄ diuia sapiētia edificauit sibi domū ad ibi delectabilr inhabitādū. In ea ei tāq̄ in ꝑadiso amenissimo tota trinitas delectabilr inhabitauit. Pat̄ quidē ꝑ immensaz potentiā: filius ꝑ īmensam sapientiā: ⁊ spūssctūs ꝑ īmensam bonitatem ⁊ clementiā. Unde merito pōt dici q̄ nisi beata trinitas in beata virgine tam gratuz habitaculū: tam nobile reclinatoriū inuenisset/ a natura humana in perpetuū se subtraxisset. Un̄ de hac gr̄a mā̄sione tota trinitas

gloriat̄ dicens illud ps̄. Hec requies mea in seculuz seculi. B ¶ Propter scd̄m est sciendum q̄ singularis modus cōstructionis istius dom⁹ apparet in tribus. Primo q̄ pater p̄ suā potentiā istam domū imobiliter fundauit ⁊ super imobili fundamēto collocauit. Scd̄o q̄ filius istam domū mirabilit̄ fabricauit. Tertio q̄a spiritussctūs eā singl̄arit̄ dedicauit. ¶ De primo ptz. naz pat̄ mentē virginis inhabitans affectū suū in bono diuino tantū firmauit/ q̄ de nulla alia re cogitare/ nec aliquid extra deū diligere potuit. Ideo de ista domo recte verificatur quod scribit̄ in ps̄. Fundamēta eius in montib⁹ sanctis: quia mēs eius fuit firmata in altitudine ⁊ solitudine totius trinitatis. Quod patet Fuit eñ fundata in patris potētia: ⁊ iō ad nullū pctm̄ potuit inclinari per infirmitatē seu impotentiā. Fuit etiā fundata in filij sapiētia. ⁊ ideo ad nullum malū mens eius potuit inclinari p̄ ignorantiā. Fuit etiā fundata in spiritussancti abundātissima gratia: ⁊ iō ad nullū malū potuit inclinari p̄ maliciam. Propter qd̄ recte beata virgo assil̄ata est illi viro sapienti q̄ edificauit domū suā. i. cōscientiā suā sup̄ petram. i. christū: vt scribit̄ Matth. vij. Et ideo licet in istā domū irruerēt flumina mentaliū tribulationū: licet flarent venti hostiliū tentationū: vt patet in filij sui amarissima passione: et in herodis seuissima p̄secutione. non tamē deijci potuit: quia fundata erat super firmā petram. i. super amorem firmū ⁊ solidum. Sed econtra proch dolor multi sunt qui domū sue conscientie fundant super terrā: sicut cupidi ⁊ auari qui delectant̄ in terrenis Quidā vero super aquā vel arenam/ sicut voluptuosi qui delectant̄ in carnalibus desiderijs. Quidaz vero sup̄ aerem: sicut ambitiosi qui delectātur in honorib⁹ ⁊ excellentijs. Et quia tales habent debile fundamentū: iō domus sue cōscientie frequēter ⁊ facilit̄ ruit in pctm̄. Sz formidandū est qd̄ sequit̄ in Mat. Et facta est ruina ei⁹ magna: quia talium cōscientia primo cadit in peccati delectationē. secundo cadit in mentis obstinatiōez. tertio cadit in eternam damnationē. C

¶ De secundo patet. Cum eñ parentes beate virginis naturalit̄ essent steriles ⁊ infecūdi: ppt̄ qd̄ ipse Joachim cum vellet oblationē offerre cuz suis cōtribulib⁹ in tēplo: vt refert Hiero. fuit a seniore pōtifice ignominiose repulsus dicente. Quō infecundus cuz fecundis p̄sumeret apparere? Ex quo apparet q̄ virtus diuina ip̄m supnaturaliter fecūdauit: quia cōuenientissimū erat q̄ illa que de se ⁊ in se ꝟbuz dei erat cōceptura ⁊ paritura / verbo dei conciperet̄ ⁊ formaret̄: vt summa sapiētia duo extrema ⁊ in infinitū distantia: ⁊ p̄ naturaz incōpatibilia ad inuicē sociaret: ⁊ esset eadē virgo eiusdem verbi mater ⁊ filia: ⁊ idē verbuz eiusdē virginis pater ⁊ filius diceret̄ D ¶ De tertio patet. nam singularis eius dedicatio/ hoc est interna ei⁹ sanctificatio fuit alijs celerior ⁊ copiosior. De celeritate patet: quia sanctificatio Joannis fuit facta sexto mense Hieremie adhuc tardi⁹. sed btē Marie fuit facta quasi tēpore impceptibili: ita q̄ quidā dicant q̄ in eodem instanti quo originale cōtraxit/ p̄ gratiā sanctificata fuit. Nōne sanius/ recti⁹ ⁊ melius dicemus q̄ per gratiaz sanctificationis preuēta ab ipso originali/ p̄seruata fuit? Certe rationabilius ⁊ honestius hoc dicit̄ q̄ q̄ in instanti codez/ etiā ⁊ maculata ⁊ purgata vel

sanctificata fuerit. De ei⁹ copiositate pōt itelligi qd̄ scribit Eccl. xxxix. Benedictio illius q̄si fluui⁹ inundauit. quia gr̄a sue sctificatiōis mediante filio suo bn̄dicto ab ip̄a in nos omnes effluxit: ⁊ q̄si cathaclism⁹ diluuij totā terrā inebriauit. Sicut em̄ cathaclism⁹ diluuij totā terrā/imo etiam montes altissimos operuit: q̄ altior fuit aqua q̄draginta cubitis sup̄ oēs mōtes quos op̄uerat: vt pt̄z Gen̄. vij. Sic gr̄a sctificatiōis marie in om̄es hoies se extēdit: vt s̄m Bern̄. de plenitudine ei⁹ accipiant vniuersi/eger curationē/captiu⁹ liberationē/tristis cōsolationē/iust⁹ gratiā/angel⁹ leticiā/deinde p̄sona filij dei humane carnis substātiā: vt nō sit q̄ se abscondat a calore eius. i. a feruore sue charitatis et ab influētia pietatis. Un̄ dicit Bern̄. Nō ē dubiū q̄n copiosior gratia sanctificatiōis descēderit in mariā: q̄ nō solū mentē eius sctificaret: sed ab omni pctō deinceps custodiret immunē. Qd̄ nulli alij inter natos mulier̄ credim⁹ esse donatū. Nō solū aūt mens eius per primā gratiā sanctificatiōis fuit in vtero sctificata: sed p̄ gratiam sup̄uentiōis quādo sp̄ūssctūs iux̄ verbū gabrielis in eā sup̄uenit/fuit tota deiformis effecta. Et de hac duplici gratia mariā sctificāte pōt itelligi qd̄ scribit. ij. Re. xxiij. Quasi lux aurore oriēte sole mane absq̄ nubibus rutilat. Tūc em̄ lux aurore in ea fulsit/quando sp̄ūssctūs eam in vtero sctificauit: q̄ tūc tenebrā originalis pcti ab ipsa remouit. Et q̄ sicut aurora sp̄ in claritate crescit donec ad clarā diē per solis illustrationē p̄ueniat: sic maria de gr̄a sctificatiōis creuit vsq̄ ad p̄fectā diē diuīe claritatis p̄ filij dei ꝯceptionē ⁊ sp̄ūssctī sup̄uētionē. Tunc enim fuit p̄ solē diuini luminis illustrata et totaliter deiformis effecta: ita q̄ nulli alij de cetero s̄m Hiero. ea vti liceret nisi soli deo. Sicut etiā solē materialē s̄m Aug. videm⁹ calentē/fulgētem ⁊ currētē: ita christ⁹ sol deific⁹ in ea tria p̄dictis p̄portionata op̄at⁹ fuit. Nam p̄mo fecit eā fulgere per plenissimā cognitionē qua mysteriū icarnatiōis sup̄ om̄es creaturas p̄fectissime cognouit: vt dicit Bern̄. Secūdo fecit calere p̄ feruentissimā dilectionē: qua nostrā salutē tam feruēter dilexit q̄ p̄ ea vt dicit Ans. p̄priū filiū quem vnice dilexit voluntarie pati voluit. Tertio fecit eā currere ad nos p̄ pijssimā p̄tectionē ⁊ velocissimā subuētionem: qua om̄ibus ip̄am inuocātibus subuenire ꝯsuenit. Un̄ dicit Bern̄. Sileat misericordiā tuam o pijssima virgo/si quis te in suis necessitatibus inuocatā sibi sentiat defuisse. Cui⁹ misericordie ⁊ pietatis ⁊c.

¶ Sermo secūd⁹ de natiuitate sancte Marie/et in ordine. CXXVI.

Tertio templū vteri virgialis attollit a rei p̄ducte nobilitate: que notat cū annectit/domū. A ¶ Propter quod est sciendū/q̄ excellens nobilitas hui⁹ domus aperte colligitur ex septē eius singularibus dignitatibus/figuratis per illas septem columnas manu sapientie increate excisas/fortitudinē hui⁹ domus euidēter sustentātes et eius nobilitatē mirabil'r attollentes. Prima dignitas est: quia ista dom⁹ est stabilissima firmitate. Secūda: quia est mundissima puritate. Tertia: quia est amplissima capacitate. Quarta: quia est altissima sublimitate. Quita: quia est fulgidissima claritate. Sexta: quia est iocundissima suauitate. Septima: quia ē opu-

lentissima vbertate. Et quia ille colū/ne sunt excise manu sapiētie increate: vt ptz Prouer. ix. ideo dici potest ꝙ licet opa trinitatis sint indiuisa ꝓpter vnitatē substantie: in qualibet tamen istarū columnarū opus cuiuslibet ꝑsonaꝝ appropriate relucet: quod ptz in singulis inducēdo. ¶ Nam circa stabilitatē sue firmitatis bene relucet operatio patris: quia ꝑ diuinū amorem mētē ꝟginis in bono diuino adeo potēter ⁊ imobil'r firmauit/ꝙ ad nullam aliā rem extra deū delectabiliter affici potuit: vt patz ex ꝑdictis. Sil'r in ea apparuit operatio filij: quia istā domū super fundamentū ꝓfundissime humilitatis adeo stabiliuit ꝙ nulla impulsiōe moueri potuit. Et quia stabilitas opis cōsurgit ex firmitate fundamēti: ideo per humilitatis ꝟtutē tā ꝓfunde in corde suo fodit q̄usq; fundamentū spūalis edificij suꝝ firmissimā petrā cōstituit. Illam vtiq; que iuxta ꝓphetiā Danielis abscisa est de monte ꝟginalis eminētie: sine manibus/hoc est sine humanis amplexibus. Similiter in ea apparuit operatio spūssancti: quia per gratiā sanctificatiōis spūssanctꝰ tantā ei firmitatem tribuit/ꝙ ab omni ꝓnitate concupiscētie liberata fuit: nō ꝙ ipa i prima sanctificatiōe fuerit totaliter a fomite liberata: sed tamen sic fuit ꝑ gratiam ligata/ꝙ nō habuit vim ad eius appetitū in aliquid effrenate inclinandū. Verū in filij dei conceptiōe tantā plenitudinē gratie accepit/ꝙ ex tunc a fomite totaliter purgata fuit. B

¶ Secūda nobilitas ex hoc apparet ꝙ fuit mūdissima puritate. Propter ꝟtutē castitatis que in ipa ꝑmo refulsit sicut gēma ꝓfulgida ⁊ a seculis inaudita. Et ideo ꝑm Bern. dicit ꝟginitatis primiceria. Circa hanc secundā columnā apparet opatio patris: quia istā nouitatez sub specie matrimonij mirabiliter occultauit. quod ideo fecit: quia nitorē istiꝰ puritatis nullus oculus humanꝰ tūc ferre potuit. Qd patz ꝑ hoc: quia partꝰ innupte fuerat lege dānatꝰ: vnde si innupta peꝑisset vtiq; lapidata fuisset. Similiter i ea apparet operatio filij: quia istā puritatē fecūditate materna mirabil'r adornauit: quod fuit opus suꝑmirabile: q: ꝑm Bern. a seculo nō est auditū vt eadē esset mater ⁊ virgo. Sil'r i ea apꝑuit operatio spūssancti: quia istā puritatem inauditā familiarit' ei inspirauit. Cum em̄ sterilitas ⁊ infecunditas in vtroq; sexu cēt legis maledicto ꝓhibita nunq̄z votū ꝟginitatis cōtra legē cōcipere ꝑsumpsisset/nisi hoc ei spūssanctꝰ suo occulto cōsilio familiariter inspirasset. ¶ Sciendū tamē ꝙ sicut docet Aug. in de sancta virginitate. Nō est credendū beatā virginē anteq̄z desponsaret votū ꝟginitatis absolute emisisse: lz ꝟginitatē semꝑ in desiderio habuerit: eo ꝙ adhuc eo tēpore oportebat tā viros q̄z mulieres generatiōi insistere. Unde lz castitatem in desiderio habuerit: suꝑ hoc tamen suā voluntatē diuino arbitrio cōmisit. Postmodū ꝟo accepto sponso ꝓut mos illiꝰ tēporis exigebat sil' cum eo votū ꝟginitatis emisit ante q̄z ei annunciatio facta esset. C

¶ Tertia nobilitas ex hoc apꝑet ꝙ fuit amplissima capacitate. De huiꝰ capacitatis magnitudine scribit. Baruch. iiij. O israel q̄z magna domus dei est. Et bene magna: quia illū imēsum quē celi capere nō poterāt cōprehēdit. Circa hanc columnā ꝑmo apparuit opatio patris in sue capacitatis amplissima distensiōe. Pater em̄ per suā potētiā istā capacitatē tam ample distēdit ꝙ

per ꝟtutes ⁊ dona repleri nõ potuit/ quousq; eã tota diuinitas adimple-ret. Pater quidẽ per diuinã potentiã: filius per diuinã sapientiã: spũssetũs ꝑ diuinã clementiã. Et ille tres mãsio nes fuerũt figurate per arcã diluuij: signans mariã: que gen⁹ humanu; a diluuio eterne dãnatiõis ꝑseruauit. Ex quo apparet ꝙ nisi beata trinitas in beata ꝟgine tãgratũ habitaculum inuenisset/ nature humane suã gr̃am in ꝑpetuũ subtraxisset. Secũdo in ea apparuit opatio filij in sue immẽsita-tis repletiõe. Bene nanq; eius capa-citas magna fuit: que nõ nisi ꝑ imen-sitatẽ diuie ꝑsone repleri potuit. Uñ verbũ eternũ quãdo beatã virginẽ tã mentalr̃ q̃ corꝑaliter adimpleuit/ bñ poterat dicere appropriate: Celũ ⁊ ter rã ego adimplebo: Hiere. xxiij. vt per celũ intelligat̃ mẽtalis/ per terrã cor-poralis natura ꝟginis gloriose: quaꝝ vtraq; fuit per immẽsitatẽ diuie per-sone singulariter adimpleta. Qd̃ be-ne figuratũ est in hoc ꝙ sicut totum mãna fuit in vrna aurea: tota vrna fu it in arca: ⁊ tota arca claudebat̃ in tẽ-plo. Sic tota diuinitas tanq̃ mãna dulcissimũ erat in aĩma christi ⁊ bea-te ꝟginis charitate deaurata: ⁊ vtrũq; fil̃ erat in arca. i. in carne christi deifi-ca: ⁊ hec oĩa claudebant̃ in templo. i. in ꝟginis vtero. In hac aũt adimple-tiõe ꝑm Bern̄. sup̄ Missus est. q̃dru plex nouitas apꝑet admirãda. Nã ibi ostẽdit̃ longitudo breuis. i. eternitas tẽporalis: latitudo immẽsitatis angu sta. i. in corporali vtero coartata: alti-tudo. s. potestatis ibi cernit̃ subdita. i. humane potestati subiecta: et ꝓfundi tas diuine sapiẽtie ostendit̃ plana: q; oculis corporeis in carne assumpta vi sibiliter exposita. Tertio in ea opera-tis spũssancti apparuit in oĩm gratia rum et donorũ largissima diffusione ꝓpter qd̃ merito sibi dicit̃: Aue gratia plena. Et bene plena: q; ꝑm Bern̄. In mente fuit plena diuinitate: in corpo re plena ꝑsonalitate: i corde plena mi sericordia ⁊ pietate: in facie fuit plena pudicicia ⁊ castitate: sed in manibus fuit plena mũificẽtia ⁊ largitate. Uñ ꝙ ista dona gr̃arum liberal'r cõicet ⁊ diffundat/ patet ꝑ hoc ꝙ de ei⁹ pleni-tudine oñes accepim⁹. Nã ꝑm Ber. maria omnib⁹ oĩa facta est: oĩb⁹ mise ricordie sinũ aperuit: vt de plenitudi ne ei⁹ accipiant vniuersi. Uñ in signũ liberalissime cõicatiõis oñes ad acci piendũ inuitat Ecc̃i. xxiiij. Trãsite ad me oẽs qui ꝯcupiscitis me ⁊c̃. D

¶ Quarta nobilitas hui⁹ dom⁹ ex h̃ apparet ꝙ fuit altissima sublimitate. Qd̃ patet: quia ꝑ feruẽs amoris desi-deriũ iugiter in celestib⁹ suspẽsa fuit. Propter qd̃ bene potuit dicere illud ꝓuerb. xxiiij. Ego in altissimis habito ⁊ thronus me⁹ in colũna nubis. Sic aũt videmus in naturalib⁹ ꝙ virtute solis vapores sursum eleuantur: ele-uati inspissantur: inspissati quãdoq; inflammãtur. Ita pater appropriate ipsam eleuauit per fidei sinceritatem: filius eleuatam solidauit per spei fir-mitatem: sed spiritussanctus solida-tam inflammauit per incendij chari-tatem. De primo patet. Constat enim ꝙ in nimiam celsitudinem fidei ere-cta fuit/ quando indubitanter credi-dit se permanere matrem ⁊ virginem ⁊ de se nasci deũ ⁊ hoĩem: q̃ solito cur su nature icredibilia sũt. Uñ d̃: Ber. ꝙ ipa sua fide attingit inaccessa: dep̃-hendit ignota: ⁊ cõprehẽdit immensa et per hoc merito sue fidei lapsum hu manũ reparauit: infernum spoliauit ⁊ ruinã angelicã reꝑauit. ¶ De secun do patet. Nam ꝑm Greg. vj. moral'.

Spes in eternitatē animum erigit: ⁊ ideo nulla que exterius tolerat sentit. Est eñ spes q̄dā p̄libatio celestis gaudij. Cui ꝑm Aug. ꝯcessum est intrare hortū paradisi: ⁊ inde auferre flores ⁊ aromata: quibꝰ p̄sentis aduersitatꝭ amaritudines dulcorant. Et iō ex spei soliditate ignominiosam mortē filij sui constāter ⁊ patiēter tulit: sciens q̄ ꝑm ꝓmissum suum post triduū deberet resurgere: ⁊ hoīem ꝑditū ad gaudia celestia reuocare. Unde qñ oñes discipuli a christo fugerūt ⁊ i fide dubitauerūt: ip̄a sola per spei soliditatē ⁊ fidei certitudinē incōcussa remāsit. ¶ De tertio patet. Ip̄a eñ ꝑ feruens amoris desideriuꝫ iugiter in celestibꝰ suspēsa fuit: vnde cūcta creata trāscēdēs bene poterat dicere illud Ezech. j Eleuauit me spūs ꝑ intensiui. s. amoris flagrantiā inter celū ⁊ terrā/ hoc ē super omnē naturā creatam q̄ in cōparatiōe ad deū terrestris est ⁊ corporalis. Charitas eñ ꝑm Hug. hoīem vsq̄ ad celū sublimat: et animā cum deo ꝑfecte vnit ⁊ sociat. E ¶ Quinta nobilitas/ q̄ fuit fulgidissima claritate. Quod ptꝫ: quia q̄libet persona ip̄am quadā luce sup̄naturali singulariter illustrauit. Nā pater ip̄am illustrauit lumine paterne sapiētie/ qñ sibi verbū suū eternaliter a se genitū nō solū mentaliter inspirauit: verꝫ etiā corꝑaliter inuiscerauit. Filiꝰ etiā ip̄aꝫ illustrauit lumine interne intelligentie/ quādo sibi mysteriū incarnatiōis ⁊ modū sup̄naturalis conceptiōis diuinitus reuelauit. De talibus eñ ꝑm Hiero. apostolos ⁊ euangelistas edocuit: quia plenꝰ in his per totꝰ trinitatis magisteriū edocta fuit. Similiter spūssanctus ip̄am illumiauit lumine superne gratie: que in ip̄a super oñes puras creaturas affluēter iundauit. Unde bene impletū est in ea illud Esa. lx. Erit tibi dominꝰ in lucem sempiternā: ⁊ deus tuꝰ in gl'iam tuā. Et ideo domus ista nō indiguit sole ⁊ luna vt lucerēt in ea: sed ip̄e dominꝰ illuminauit eā ⁊ lucerna eiꝰ ē agnꝰ: vt scribit Apoc. xxj. F ¶ Sexta nobilitas appet in hoc q̄ fuit iocundissima suauitate. Uñ de ip̄a cantat ecclesia: Speciosa facta es ⁊ suauis in delitijs tuis. In hac colūna similit' apparuit opatio cuiuslibet ꝑsone. Nam pater in ea impressit odoris suauitatē Eccī. l. Quasi balsamꝰ nō mixtꝰ odor tuus. Filiꝰ in ea impressit picture varietatē: eo q̄ verbū in ea incarnatum est imago patrꝭ ⁊ figura paterne substātie/ ipsum patrē ⁊ oñia creata perfectissime repꝛesentās. Spūssanctꝰ in ea impressit dulcoris suauitatē per celestis gaudij p̄gustationē. Ratiōe cuius dicit Eccī. xxiiij. Spūs meꝰ super mel dulcis. G ¶ Septima nobilitas apparet in hoc q̄ fuit opulētissima vbertate. Quia tres ꝑsone appropriate in ista domo triplicē thesauruꝫ recondiderūt. Nam pater hic recondidit thesaurū oñis essentie tā createq̄ increate: oñis autē essentia creata vel est corꝑalis vel ē spūalis: ⁊ vtraq̄ relucet in humana natura. Uñ patꝫ q̄ beata ꝟgo thesauꝝ oīs essentie comp̄hendit. Filiꝰ in ea recōdidit thesaurū oīs sapiētie. Uñ sibi pōt applicari qd̄ apl'us de christo dicit: In ip̄o sūt oñes thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei reconditi. Spūssanctꝰ in ea recondidit thesaurū omnis gratie/ ꝟtutis ⁊ gl'ie. Quia ꝑm Hiero. Oñis virtꝰ/ decor ⁊ gl'ia resplēduit ex ip̄a. Uñ ꝓpter hec fluenta gr̄e que de ip̄a emanāt bene se cōpat fluuio Eccī. xxiiij. Ego q̄si fluuius dorix exiui de ꝑadiso. s. eccl'ie militātis: dixi rigabo hortū plātationū:

ꝛ inebriabo part⁹ mei fructū. Et ꝙ il-
las aquas liberal'r diffundat/pater ꝑ
ꝑ hoc ꝙ oēs sitiētes ad se inuitat/di-
cens Esa.lv. Oēs sitiētes venite ad
aquas/gr̄e.s.salutaris:q̄ de manibꝫ et
corde marie tam liberal'r effluūt:ꝛ tā
munifice diffunduntur. Isti sunt fon
tes saluatoris de q̄bꝫ p̄cipimur hau-
rire Esa.xij. Haurietis aq̄s i gaudio
de fontibꝫ saluatoris. Quaꝝ gustū ꝛ
plenitudinē nobis ꝯcedat ꝛc̄.

¶ De natiuitate beate Marie Ser
mo tertius/et in ordine.CXXVII.

PRius quam
te formarē in vtero noui te:
ꝛ anteq̄ꝫ exires de vētre san-
ctificaui te: Hiere.j. A ¶ Licet
verba p̄missa dicant̄ ad litterā de hie
remia ꝓpheta:pn̄t tn̄ ꝯueniēter intelli
gi de ꝟgine gl'iosa. In q̄bꝫ ꝟbis notat̄
duplex p̄rogatiua beate ꝟgini collata
Prima est p̄rogatiua sue p̄destinatio
nis. Scd̄a est p̄rogatiua sue sctifica-
tiōis. Primo g̃ cōmēdat̄ q̄ꝫtū ad bn̄-
placitū eterne p̄destinationis siue ele
ctionis:qua in matrē filij dei fuit ab
eterno electa:cum p̄mittit̄: Pri⁹ q̄ꝫ te
formarē in vtero noui te. Scd̄o cōmē
dat̄ q̄ꝫtū ad priuilegiū interne sctifi-
catiōis:q̄ fuit in vtero matris sctifica
ta/cū subdit̄:et anteq̄ꝫ exires de vētre
sctificaui te. ¶ Circa p̄mū est notan-
dū ꝙ eterna dei electio siue p̄destina-
tio multipl'r signat̄ in scriptura. Qn̄-
q̄ꝫ em̄ exp̄mit̄ ꝑ ꝟbū agnoscēdi ꝓpt̄ fa-
miliaritatē: sicut h̄:ꝛ Exo.xxxiij. No-
ui te ex noīe. Qn̄q̄ꝫ ꝑ ꝟbū diligēdi ꝓpt̄
charitatē. Hiere.xxxj.c. In charitate
ꝑpetua dilexi te. Qn̄q̄ꝫ ꝑ ꝟbū scribēdi
ꝓpter firmitatē. Luc̄.x. Gaudete ꝛ ex
ultate qm̄ noīa vīa scp̄ta sunt in celo:
id est in eterna p̄sciētia libri vite:q̄ oīa
inuoluit et capit sicut celū oīa ambit
ꝛ cōtinet. Oīa em̄ p̄diffinita ꝛ ꝯcepta
sunt certissime in dei p̄sciētia a prima
creatura vsq̄ꝫ ad infimā. Propter qd̄
dicit̄ Matth.x. Capilli capitis vestri
oēs numerati sunt. Dicit ergo de⁹ pa
ter gloriose ꝟgini: Prius q̄ꝫ te forma
rem in vtero noui te.s.noticia appro-
batiōis ꝛ electiōis/qua te ab et'no pre
uidi:ꝛ te in matrē mei filij vnigeniti
p̄elegi. B ¶ Ad cui⁹ maiorē eui-
dentiā primo est ostēdēdū/ꝙ de⁹ pa-
ter ortū beate ꝟginis multis figuris
p̄ostēdit. Scd̄o ꝙ ip̄m ꝑ ꝓphetas tam
iudeos q̄ꝫ gētiles repromisit. Tertio
ꝙ ortū beate ꝟginis ꝑ angelū nuncia
uit:ꝛ demū nobis eius ortū mirabili
ter exhibuit. ¶ Circa p̄mū est sciēdū/
ꝙ beata ꝟgo fuit triplicit̄ p̄figurata.
Primo quidē in p̄ma creatiōe rerum
Scd̄o in gest⁹ antiquoꝝ patrū. Ter-
tio in appitiōibꝫ angeloꝝ: Ita vt oīa
creatura terrestris/celestis ꝛ superce
lest⁹ eius natiuitati applauderet:qd̄
ideo cōgruū fuit:q: erat dn̄m creatu-
rarū oīm paritura. ¶ Primo ergo p̄-
uisa fuit in prima creatiōe rerū/in il-
lius.s.lucis ꝯditiōe/ de qua scribitur
Gen̄.j. Fiat lux ꝛ facta ē lux. Per istā
lucē ꝯueniēter designat̄ gl'iose ꝟginis
ortus:quia ista lux fuit q̄dā nubes lu
cida de materia p̄ma informi.de qua
postmodū quarta die sol iste corpora-
lis credit̄ esse fact⁹:ita beata ꝟgo ho-
die fuit ꝓducta de materia informi.i.
de nostra natura per culpā deforma-
ta:de qua tamē postmodū ver⁹ sol fu
it ꝓpagat⁹:iuxta illud: Ex te em̄ ortus
est sol ꝛc̄. Cōueniētissimū autē fuit ꝙ
illa que de se ꝛ in se verbū dei erat ꝯce
ptura ꝛ paritura/verbo dei cōciperet̄
ꝛ formaret̄: vt sic esset eadē virgo eius
dē verbi mater ꝛ filia. Et idē verbum
eiusdē virginis pater ꝛ filius diceret̄.

Propter qd etiā ipm verbū eternum
ꝯceptionē beate virginis sibi ascribit
Eccī. xxiiij. Ego feci in celis. i. parēti-
bus gl'iose ꝟginis ad celestia eleuatio
vt oriret lumē indeficiēs. De ortu hu
ius lucis dicit Hester. viij. c. Iudeis
noua lux oriri visa est gaudiū honor
ꝛ tripudiū. Bene aūt in ortu noue lu
cis/gl'iose. s. ꝟginis/iudeis. i. vere con
fitentibꝫ accreuit gaudiū. Quia sicut
ꝑ hester humilē (de qua mēorata ver-
ba dicunt) ille amon suꝑbꝫ est deiect⁹
ꝛ in patibulo suspēsus: ita ꝑ gl'iosam
ꝟginē superbia diaboli est deiecta: qꝛ
ipa cōteret caput tuū: Gen. iij. Et cū
hoc gratie veri asueri regis sum⁹ resti
tuti. Un Bern. Hec est que toti⁹ mū
di reꝑationē obtinuit: salutē oim im-
petrauit. Accreuit etiam honor: qꝛ na
tura nr̄a ab ipa suscepta fuit suꝑ om
nē creaturā sensibilē et intelligibilem
ineffabiliter sublimata. Accreuit etiā
tripudiū: quia ꝑ ipam nō solū sum⁹
deo conciliati/sed oibꝫ bonis repleti.
Bern. Acuti⁹ intuemini quāte deuo-
tionis affectu eā a nobis honorari vo
luit: q̄ totius boni plenitudinē posuit
ī maria: vt ꝓinde si quid spei/si quid
gratie in nobis sit: nō nisi ab ea noue
rim⁹ redūdare. C ¶ Scdo fuit
p̄figurata in gestis antiquoꝝ patrū:
ꝛ specialr in arca noe. de q̄ legit Gene
sis. vj. Dixit dn̄s ad noe: fac tibi arcā
de lignis leuigatis: mansiunculas in
ea facies: ꝛ bitumine linies intrinsec⁹
ꝛ extrinsec⁹. Ista arca gl'iosam virgi-
nem signat. De qua de⁹ pater p̄cepit
filio suo vt faceret eā sibi contra dilu
uiū peccati: quod in toto mūdo inun
dauerat. Ozee. iiij. Maledictū mēda
ciū furtū ꝛ homicidiū inundauerūt.
Cōtra quod de⁹ pater remediū adhi-
buit arcā. s. ꝟginē gl'iosam: quā chri-
stus ver⁹ noe ingrediēs mūdū ab isto
diluuio saluauit. Fuit aūt arca de li
gnis leuigatis: qꝛ maria ab oi genere
pcti actualis imunis fuit. Aug⁹. Cū
de peccatis agit/ꝓpter reuerētiā chri
sti de matre dn̄i nullā mentionē fieri
volo. Et Ansel. in de ꝯceptu ꝟgi. De-
cebat vt ea puritate q̄ maior sub deo
nequit intelligi/illa virgo niteret: cui
de⁹ pater ita vnigenitū suū dare dis-
posuit: vt esset idē cōmunis patris et
ꝟginis filius. Fecit etiam in ista arca
tres māsiūculas. In quaꝝ prima pa
ter inhabitaret ꝑ potentiā. In secūda
filius ꝑ sapientiā. In tertia spūssctūs
per diuini amoris iugem inherentiā.
Ex quo patet ꝙ beata trinitas nisi in
maria tāgratū habitaulū/tam nobile
tricliniū inuenissꝫ: a natura humana
se in ꝑpetuū subtraxisset. Liniuit etiā
eā intrinsec⁹ et extrinsecus bitumine
charitatis: ita vt eam aque diluuij. i.
pcti/neq̄q̄ possent attigere: qꝛ nūq̄
nec mortaliter nec venialr peccauit.
D ¶ Tertio fuit prefigurata in ap
paritiōibꝫ angeloꝝ. Legim⁹ em̄ Ge-
nesis. xxxij. ꝙ luctāte iacob cū angelo
dixit angel⁹ ei: dimitte me aurora est:
Et rn̄dit iacob: nō dimittam te nisi be
nedixeris mihi. Et sequit: Et bn̄dixit
ei in eodē loco. In hoc optime figura-
ta est natiuitas beate ꝟginis vel vtili-
tas natiuitatis: quia ante ipi⁹ ortum
nō erat nisi lucta ꝛ bellū iter angelos
ꝛ hoīes: q̄ppe ipi dn̄m angeloꝝ offen-
derāt: in ortu aūt ꝟginis facta ē pax:
et ideo dixit: dimitte me iam em̄ ascē
dit aurora. i. beata orta est maria: que
vere est aurora noctē peccati finiēs: et
diem gratie inchoans: ꝑ quam et ros
gratie in nos descendit: sicut cum au
rora descendit ros sensibilis. Et ideo
dicitur/ꝙ benedixit ei in eodem loco
quia ꝑ ipam data est humano generi
benedictio. Ans. O ꝟgo bn̄dicta ꝛ su-

perbenedicta: ꝑ cui⁹ benedictionē be-
nedicit̄ om̄is creatura. Sic igit̄ patz
ꝙ deus pater ortū beate ꝟginis mul-
tis figuris p̄ostēdit. E ¶ Secū-
do ipam ꝑ ꝓphetas tam iudeos q̄ gē
tiles nobis repromisit. De p̄mo patet
Esa. xj. Egredietur ꝟga de radice iesse: ⁊
flos de radice ei⁹ ascēdet. In quibus
ꝟbis Esaias euidēter ostendit ꝙ brā
ꝟgo que est virga gracilis ꝑ humilita
tem: ⁊ flexibilis ꝑ pietatē/erat ꝓcrean
da ꝺ radice: id est de stirpe iesse. Et ꝙ
christ⁹ eius fili⁹ (q̄ recte noīe floris ex-
primit̄) quia totus floridus ꝟtutū fe-
cūditate ⁊ donoꝝ vbertate erat ex ipa
ꝟgine nascitur⁹. ¶ De secundo patet
Nūe. xxiiij. ꝑ ꝓphetā Balaam/q̄ fuit
gētilis. Orietur inq̄t stella ex iacob ⁊c̄.
Decebat autē vt beata ꝟgo ex vtrisq̄
tam iudeis q̄ gentilibꝫ haberet testi-
moniū: per quā vnitas eccl'ie tā ex iu-
deis q̄ ex gentibꝫ erat colligēda. Ipa
em̄ fuit que lapidē angularē genuit/
id est christū: qui duos parietes. i. du
plicē populū in vnitatē fidei coniūxit
Hic est lapis abscisus de monte. i. de
matre/sine manibꝫ. i. virili ope: vt di
citur Dan. ij. F ¶ Tertio ortum
gloriose ꝟginis ꝑ angelum nūciauit.
Nam sicut refert Hiero. Cū ioachim
cū contribulibꝫ suis offerre vellet: sū-
mus pontifex ip̄m ignominiose repu
lit/dicēs: Quō infecūdus cū fecūdis
presumeret apparere: ꝓpter qd̄ ⁊ Joa
chim verecūdus recessit: sed angelū
dn̄i cū immēso lumine obuiū habuit
ortū marie sibi prenunciātem: ex qua
salus mundi oriri deberet. Nec mirū
si natiuitas matris fuerit per ange-
lum nunciata: cū hoc legat̄ de iohan
ne baptista. Et s̄m Aug. Non est du
bitandū quin hoc [illegible]ulerit ꝟgini qd̄
contulit precursor[illegible]on solum autē
ortus beate virginis fuit per angelū
nunciatus: sed etiā nobis fuit in tem
pore mirabil'r exhibitus: quia ex vi-
ro naturaliter infecūdo ⁊ anna sterili
nata fuit. Et hoc ꝯuenienter: decebat
em̄ vt mirabiliter nasceret̄ que illum
paritura erat q̄ facit mirabilia absq̄
numero: vt scribit̄ Job. v. Un̄ de ei⁹
ortu mirabili potest intelligi qd̄ scri-
bitur Hester. xj. Fons paruus creuit
in fluuiū magnū ⁊ in lucem solēq̄ cō
uersus est. Fons paruus ad litterā fu
it natura ꝟginis in conceptiōe parua
⁊ humilis: que cū regina celi ⁊ domi-
na mundi p̄dicaret̄: ipsa se in famulā
delegauit/dicens: Ecce ancilla domi-
ni. Ipsa enim abyssus humilitatis fu
it: ⁊ ideo per virtutes et dona repleri
potuit/donec filius dei eam sua diui-
nitate repleuit. Hec autem paruitas
creuit in maximuz fluuium/id est in
abundantiam gratiarū. Unde Ber-
nardus. Bene fuit gratia plena: quia
plena in corpore diuinitate/plena in
corde charitate/in ore affabilitate/in
manibus largitate. Non autem fuit
multum mirabile si fons paruus cre
uit in fluuium magnum: quod acci-
dit in eius sanctificatione: sed mirabi
lissimū fuit ꝙ in lucem solemq̄ con-
uersus est: quod accidit in filij conce
ptione: quādo non solum sole vestie-
batur: sed etiam in ipsuz abyssum di-
uine claritatis quantū phas est trans
formatur. Quia quantū conditio pu
re creature patitur luci illi inaccessibi
li tota fuit immersa: vt dicit Bernar.
in sermone de eius assumptiōe. Hoc
igitur sole. i. deifica christi cōuersatio
ne nobis per gratiā indui ⁊ in ip̄i⁹ vi-
ta totaliter transformari nobis meri-
tis gloriose ꝟginis cōcedat: qui est be
nedictus in secula ⁊c̄.

¶ De natiuitate ꝟginis marie Ser
mo quartus/et in ordine. CXXVIII

VIrgā virtu
tis sue emitteret dñs ex siō.
in ps̄. B ¶ Natiui
tas beate ꝟginis legit in sc̄pturis eter
naliter ꝓmissa/⁊ temporaliʳ exhibita:
nam eius eternalē ꝓmissionē ostēdit
ꝓpheta in ꝟbis ꝓmissis/cū dicit: Vir
gam ꝟtutis sue. per quā intelligit bea
tam ꝟginē gl̄iosam: eo ꝙ in ipa ⁊ per
ipam magna ꝓdigia sue ꝟtutis ostē
dit. emitteret dñs ex sion. i. ex sua p̄scie
tia ⁊ ꝓdestinatōe: quia fuit ab eterno
in matrē dei ꝓdestinata ⁊ electa. Sed
eius tēporalē exhibitionē ostēdit spiri
tussc̄us Esa. xj. cū dicit: Egredietur vir
ga de radice iesse. quia beata virgo de
semine dauid tēporaliʳ ꝓcessit. et flos
de radice eius ascēdet: quia christus ex
eius carne natus est. Si aūt diligenter ⁊
subtiliter ꝓsiderare volumus notabiliʳ
dicit ꝓpheta/ꝙ virga egredietur de ra
dice iesse. Radix enī naturaliʳ se mit
tit ad ima: ꝟga vo tendit ad alta. Ra
dix in terra figit: ꝟga in aere eleuatur
Radix etiam crescit ex terre humore:
ꝟga vo ex celi roze ⁊ solis caloze. Per
qō notat ꝙ iudei petebant infima vi
cioz: illa vo conscēdebat ad alta ꝟtu
tū. Illi vo fixi in terra erāt p cupidita
tem terrenoz: sed hec eleuabat ad sūma
per amorē celestiū. Illi nutriebā
tur amore carnali: hec semp fouebat
amore spūali. ¶ Ex viraq; aūt aucte
ꝛz ꝙ natiuitas btē ꝟginis ꝙuenienter
sub metapbora ꝟge describit triplici
ratiōe. Primo rōne gracilitatis. Se
cūdo rōne fecūditatis. Tertio ratiōe
flexibilitatis. Nā eius gracilitas signat
puritatē innocētie/ad quā reducta fu
it: eius fecūditas designat dignitatē il
lius gratie singularis/qua cbām cō
cepit: sed eius flexibilitas inuitat benigni
tatē misericordie/quā peccatiz impen
dit: ꝙ cos ad veniā reducit. Que quidē
tria btē ꝟginī excellēter ꝙuenūt. Nā
puritate excedit oēs angelos: pietate
vincit oēs sc̄os: sed fecūditate replet
oēs angelos ꝙ choros: ꝙ ruina angeli
ca p eius fecūditatē totaliʳ repat. B
¶ Primo dico ꝙ btā ꝟgo dicit virga
gracilis p puritatē innocētie. Fuit enī
in materno vtero p gr̄am sc̄ificata: ⁊
exinde p ꝟtutis exercitiū sic fuit gra
cilis ⁊ extenuata/ꝙ nulla vngā in ea re
maneret moles ⁊ pond⁹ pcti. Vñ ipe
puritatē etiā ipi celestes spūs admi
rant/dicentes Cañ. iij. Que est ista q̄
ascēdit per desertū sicut ꝟgula fumi
ex aromatibus myrrbe ⁊ thuris ⁊ vni
uersi pulueris pigmētarij. In quib⁹
ꝟbis angeli circa gl̄iosam ꝟginē eria
mirant. Nam primo mirant rectitu
dinē sue intentionis: qua semp fuit in
deo suspēsa celestibus desideriis: ⁊ ideo
ꝓmicit: Que est ista. i. quāta laude ⁊
admiratiōe digna ē ista q̄ ascēdit per
desertū. s. huius mundi/sicut ꝟgula fu
mi. Et vere mirabile fuit quō ista virga nata de terra conditiōis humane
corrupte ⁊ fetide/sic pura ⁊ ꝟtutibus
extenuata q̄si virgula fumi iugiter ⁊
indefinēter per rectā ei⁹ intentionem
etiā inflāmatā dilectionē/ascēderit p
desertū huius mūdi: quia trāscēdit om
nem cōditionē spūs cuiuscūq; creatu
re. Et quia sm Augē. recta intētio semp
habet socia ipam humilitatē: ideo ad
exprimendū ei⁹ humilitatē nō dicit vir
ga sz ꝟgula. Secūdo mirant sue car
nis mortificationē: que intelligit p aro
mata myrrbe ⁊ thuris. Habuit enim
myrrbā purissime castitatis in carne
cū aromatibus. i. cū odore ꝟtutū ⁊ dei
uotiōis feruentis redolentibus in corde.
Tertio mirantur ꝟtutū ⁊ granaz
copiosam multiplicationē: q̄ intelligit
p vniuersum pulueris pigmētarij: per

quē ſm glo. ſignat vniuerſitas ꝟtua/
lis ꝑfectionis ⁊ gr̄e. Un̄ dicit Orige.
Nōne bonū/imo optimū opus eſt ip
ſius Marie: qđ odore diffundit/qđ
conſtātia ſtabilit/qđ tanto iocundio
ri/q̄nto feliciori abundātia gr̄e venu
ſtatur. L ¶ Scđo btā ꝟgo dicit
ꝟga fecūda ⁊ fertilis ꝓpt̄ dignitatez
ſpecialis gr̄e qua chr̄m cōcepit. Nam
ſicut virga ꝟtute calorꝫ ſolis ⁊ humo
re terre ſine cōmixtione ſeminis fecū/
datur: ſic btā virgo virtute ſpūſſancti
ſine virili ſemīe de ſuo puriſſimo ſan
guine cōcepit filiū dei. Qđ bene figu/
ratū fuit Num̄. xvij. vbi Moyſes in
uenit germinaſſe virgaz Aaron in tē/
plo: ⁊ turgentibꝰ gēmis eruperūt flo/
res q̄ foliis dilatatis amygdalas ꝓtu
lit. Per qđ ſignat ꝙ virgo Maria di
uinitus fecūdata ſine virili ſemīe ſup
naturalit̄ cōcepit ⁊ peperit chr̄m verū
ſcz florez ⁊ amygdalū. Dicit em̄ chri/
ſtus flos ꝓpter ſuauitatē odoris. Un̄
dicit Eccī. xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructifi
caui ſuauitatē odoris. Sed đr amy/
gdalū: qꝛ ad modum amygdali ſubſi
ſtit in tribꝰ ſubſtantijs in vna ꝑſona.
Habet em̄ corticē carnis: teſtaz anie
⁊ nucleū diuinitatꝫ. Cortex amygdali
habet amaritudinē. teſta fortitudinē:
⁊ nucleus diuinitatis dulcedinem.
¶ Sciendū aūt ꝙ illud qđ tūc circa
virgā aridaz geſtū eſt in figura: quo/
tidie ſpūaliter de nobis implet in veri
tatis exiſtētia. Tunc em̄ virga arida
in tēplo ante deū ꝓponit/qn̄ quis ſine
deuotiōe actuali accedit ad ſermonē
vel ad confeſſionē: aut etiā ad celebrā
dum. ſed illa ꝟga. i. mēs arida incipit
germinare ꝑ gr̄e infuſionē. Ex q̄ qui/
dem gēme turgent ꝑ bone volūtatis
ꝯceptionē. Flores aūt erūpunt ꝑ odo
rem bone fame. ſed folia dilatant per
honeſtatē cōuerſatōis ſancte. Deinde
format fructus ꝑ exercitiū ꝟtuoſe vi/
te. D ¶ Tertio btā ꝟgo dicit vir
ga flexibilis ꝓpt̄ benignitatē miſcđie:
qꝛ prōpte ⁊ faciliter pctōribꝰ ꝑ miſeri
cordiā inclinat. Propt̄ qđ non ſolū đr
mater gr̄e qꝛ nobis fontē gr̄e genuit:
ſed etiā mater miſcđie quā ipſis pctō
ribus affluēter impēdit. Et q̄ntuz ad
hoc bn̄ figurata eſt ꝑ illā virgā aureā
regis Aſueri/quaz in ſignū clementie
ad reginā Heſter extēdit. Un̄ ſcribit
Heſter. iij. Q cū Mardocheus inci
taret Heſter ad dep̄candū ꝓ ppl'o iu
deoꝝ/Heſter reſpōdit. Cuncte norūt
ꝓuincie ꝙ ſiue vir ſiue mulier non vo
catus regꝫ atriū introierit/ſine cūcta
tiōe q̄libet moriat: niſi forte rex aureā
virgā ad eū extenderit in ſignū clemē
tie/atqꝫ ita poſſit viuere. In q̄ figura
liter exp̄mit ꝙ pctōres qui ꝑ iudeos
itelligunt: nō poſſunt viuere ꝓpter ri/
gorē diuine ſentētie ꝯtra ipſos ꝓmul
gate: niſi Heſter q̄ interp̄tat abſcon/
dita/⁊ ſignat gl'ioſam virginē in eter
na dei electiōe ⁊ p̄deſtinatiōe abſcondi
tam ꝓ nr̄a recōciliatione ad ip̄m regē
Aſuerū: hoc eſt ad ei⁹ filiū benedictū
q̄ eſt nr̄a btitudo: ſuis ſuffragijs ſub/
intret ⁊ ꝓ peccatoribꝰ veniā impetret.
Si ergo pctōr nō audeat pre cōfuſio
ne ſuoꝝ criminū per ſemeti p̄m intra/
re diuine iuſticie cōſiſtorium: inuocet
Mariā piam q̄ ſe exhibet aduocatā:
quia reformat amiciciā/⁊ ꝓ pctōribꝰ
impetrat gr̄am. Ideo ſequit in. vj. c.
ꝙ Aſuerus dixit Heſter. Non ꝓ te. i.
ꝓ illis qui te inuocant ⁊ ꝓ quibꝰ inter
pellas: hec lex diuīe ſcz ſeueritatꝫ poſi
ta eſt. Pete ergo qđ vis: nō eſt fas vt
auertaz faciē meā. Accede ergo ⁊ tan/
ge ſceptrū. i. accipe diuine poteſtatis
conſortiū. Tulitqꝫ rex virgā. i. diuine
pietatis clemētiaz: ⁊ poſuit ſup caput
eius ⁊ oſculatus eſt eam. quaſi dicat

ad tuos cultores regina celi: ⁊ ꝓ quibus interpellas nolo ꝙ extẽdat rigor mee iusticie: quia oẽs tales tue clemẽtie relinquo: vt de ipsis disponas iuxta beneplacitũ tue pietatis. E

¶ Hanc igit virgã flexibilẽ. i. sue pietatis clementiã debem⁹ ad nos applicare ꝑ deuote orõnis ꝯstãtiã si velim⁹ a rigore diuĩe iusticie libari. Cui⁹ rõ est: qꝛ ex triplici eius ꝓprietate ꝑdicta triplicẽ fructũ spũalem cõsequimur. Nam primo ex puritate sue innocẽtie nostrã illuminat rõnem. Qđ bene figuratũ est. j. Re. xvj. vbi dicit ꝙ Jonathas applicauit sũmitatez virge. i. altitudinẽ ⁊ magnitudinẽ sue clementie ad os suũ. i. ad feruẽs desiderium cordis sui: ⁊ stati illuminati sunt oculi eius. qꝛ q̃cito pctõr per feruidã deuotionẽ implorat patrociniũ sue clementie: statim oculi mẽtis sue ꝑ gr̃az illuminant⁹/ ⁊ diuĩe amicicie reformãtur. Scđo ex ei⁹ fecũditate in nobis multiplicat ꝟtutũ affluentiã ⁊ bonaz operationez. Et hoc bñ figurat Nume. xx. vbi legit ꝙ Moyses ꝑcussit virga bis silicẽ/ ⁊ egresse sunt aque largissime. Effluẽtia em̃ aquarum designat affluentiã gr̃arũ ⁊ fecunditatẽ bonorum opez: q̃ meritis ipsius etiã cordibus aridis diuinit⁹ cõcedunt. Sz vt ille aq̃ in nos influãt oportz ꝙ silex. i. duricia cordis hũani bis ꝟga ꝑcutiat. Prima ꝑcussio est vera cordis cõtritio q̃ nobis ei⁹ meritis donat. Secũda ꝑcussio est sue miscẽdie feruens imploratio: quã nũq̃z subtrahit cuicũq̃z ipsam deuote implorãti. ¶ Tertio ex eius clemẽtia ⁊ pietate nostrã sanctificat affectionẽ. Affluẽtia em̃ sue pietatis ⁊ clemẽtie totã eccl'iam ⁊ qualibet animã sanctificat ⁊ singulari deuotione impinguat. Cui⁹ ratio est: quia in ei⁹ vtero virginali spũssancti magisterio fabricatũ est illud thuribulũ aureum in Apocalipsi ꝑuisum: cui⁹ thymiama ⁊ incensum vespertinũ in ara crucis oblatũ/ tantã dedit suauitatẽ odoris ꝙ tot⁹ mũdus ex tali suauitate sanctificabat. Ipse em̃ deus in tali suauitate odoris tantũ delectatus est ꝙ per semetipm̃ iurauit ꝙ vltra nolit irasci sup terrã. Propt qđ bñ de ipsa verificat illđ Can. iiij. Fau⁹ distillãs labia tua ⁊c. Tunc em̃ labia sua sunt fau⁹ distillans/ cũ pro clero ⁊ ꝓ ppl'o clemẽter intercedit. Tunc autẽ mel ⁊ lac sub lingua sua ebullit/ cũ pctõres ⁊ afflictos suauit reficit. Cui⁹ pietatis ⁊ clemẽtie nos ꝑti. fa. ⁊c

¶ De exaltatiõe sctẽ crucis Ser. ꝑm⁹ Et in ordine. CXXIX.

In baculo m. transiui iordanẽ istum Gen. xxxij. Verba ꝓposita s̃m litteram inducit pr̃iarcha Jacob ꝓ cantico laudis ꝓpter reditũ suũ prosperuz in terrã ꝓmissionis. Sed s̃m spũalez intelligentiã pñt esse cuiuslibz fidelis deo gr̃as referẽtis: ꝓpter suũ transitũ in terrã superne beatitudinis: qui habet fieri ꝑ baculũ crucis christi. A

¶ Propter qđ in verbis ꝓpositis primo innuit deifice crucis excellentissima dignitas/ cum p̃mittit: in baculo meo. Scđo describit ipsi⁹ euidentissima vtilitas/ cũ subditur: transiui iordanẽ istum. ¶ Circa primũ est sciendum ꝙ sicut ꝑ esum ligni vetiti natura hũana triplex incõmodũ incurrit: viez mortẽ pcti: tyrãnidem diaboli: et carcerẽ pñtis exilij: ita diuina clementia nob ecõtrario ꝑ lignũ sancte crucis triplex remediũ adinuenit. Per ꝟtutem em̃ sctẽ crucis a morte pcti suscit

tamur: contra diabolū p̄liamur: ⁊ in eterna beatitudine coronamur. Et iō cōueniēter pōt dici ꝙ lignuz scē crucis est baculus miscōie ad pcti suscitatio nē. est baculus pnie ad diaboli deiecti onē. ⁊ est baculus glie ad celestis regni introductōez. ¶ Primo dico ꝙ crux bñdicta ē baculus miscōie q̄ a morte pcti spūalr suscitamur. Et h̄ ꝯgrue figuratū ē. iiij. Re. iiij. vbi Heliseꝰ premisit Giezi cū baculo suo ad suscitandū puerū: sed ꝑ hoc puer suscitatꝰ nō fuit. Uenit postmodū Heliseus cuiꝰ erat baculus ⁊ incuruauit se sup puerū ⁊ posuit os suū sup os pueri/ ⁊ oculos suos sup ocl'os eiꝰ: ⁊ oscitauit puer septies ⁊ aperuit ocl'os suos. Per Giezi quē Heliseus p̄misit cū baculo signat lex moysaica: i qua sub figuris ⁊ enigmatibꝰ implicite cōtinebat chr̄i passio ⁊ crucis mysteriū. Et quia lex vetꝰ solū pctm̄ ostendebat/ nō aūt a pctō iustificabat: vt dicit apl's: ideo puer mortuꝰ ꝑ hoc suscitatus nō fuit donec veniret heliseꝰ. i. ipse chr̄s: cuiꝰ baculꝰ ip̄a crux q̄ ex eiꝰ passione sortita est efficaciā nos a morte pcti spiritualiter suscitādi. Uenit g̃ heliseus et incuruauit se sup puerū/ qñ humiliauit semetip̄m formā serui accipiēs: factus ꝓ nobis obediēs vt puer. Deinde ascēdit in crucē ⁊ patrē ꝓ pctōribꝰ exorauit: ⁊ posuit os suū sup os pueri: ⁊ manꝰ suas sup manus eiꝰ: ⁊ oculos suos sup oculos eius: ⁊ calefacta est caro pueri. Tunc em̄ chr̄s os suū sup os nostrū posuit/ quādo inclinato capite sp̄m exhalauit ⁊ nob osculū pacis dedit. Tunc autē manus suas sup manus pueri posuit/ quādo ꝓ nostra viuificatiōe manus ⁊ brachia in cruce extendit. Tunc etiā ocl'os suos super oculos pueri posuit/ quādo per passionē suā nos spūaliter illuminauit: ⁊ a nobis pctōꝝ tenebras depulit. Et sic genus humanū a morte peccati suscitauit. ¶ Sed est notabilit aduertendū ꝙ nō subito sed gradatim puer ille suscitatꝰ est. Nam primo calefacta ē caro pueri. deinde oscitauit. postremo oculos aperuit. per q̄ tria modus suscitatiōis spūalis cōgrue exprimitur. Nā primo oportet ꝙ ex memoria passionis chr̄i ⁊ v̄tute deifice crucis inflāmet vis operatiua ꝑ cōpunctionem ⁊ peccati detestationē. Secundo ex hoc dilatat affectiua ex deuotione ⁊ inspiratiōe gr̄e septiformis. ⁊ sic ꝑ oscitationē ⁊ quasi oris aptionē laudat diuinā bonitatem sup omnibꝰ bonis a deo receptis. Tertio puer oculos aperit ad videndū: qꝛ mens ꝑ gratiā illuminat ad dei gl'iam cōtemplādam. B ¶ Scdo dico ꝙ gl'iosa crux est baculus pnie quo contra diabolū p̄liamur. Qd cōgrue figuratuz est. j. Reg. xvij. vbi dr ꝙ cū dauid vellet congredi cū philisteo tulit baculū quem semper tenebat in manibus/ et elegit quinq̄ lapides lympidissimos de torrente ⁊ misit eos in peraz pastoralem. Deinde tulit vnum lapidem ⁊ posuit in funda quā circūducens percussit eum in fronte ⁊ sic philisteum deiecit. Per baculū quē Dauid semꝑ tenebat in manibus signatur memoria passionis christi quā semper debemus reuoluere in cordibus nostris. Per quinq̄ lapides electos de torrēte signant quinq̄ vulnera christi que de omnibus eius penis eligere debemus: quos tunc in peram pastoralez mittimus/ quando acerbitatem sue passionis deuota mente recolimus. Tunc autem vnum illorum in funda circūducentes philisteum prosternimus/ quādo virtute passionis christi hostis tentationes et eius insidias

supamus. Signãter autẽ isti quinq; lapides dicunt lympidissimi: qr i vulneribus passiõis euidẽter legere ⁊ cõcipere possum⁹ vnde oẽs hostis insidias supemus. Qd ptz. nã quãdo hostis malignus aliquẽ tentat de superbia: legat in cruce summã christi humilitatẽ ⁊ pene obprobriose vilitatez: quia solum latronib⁹ debebatur. Si quem tentat de auaricia: legat in cruce summã christi paupertatem. Si tentat de lasciuia: legat in cruce summã penaꝝ anxietatẽ. Et istis lapidib⁹ philisteus percutit in fronte: qa per hoc eius insidias repellimus a mente.

L ¶ Tertio dico q̃ gloriosa crux ẽ baculus glie q̃ eternalit coronamur. Ipsa nãq; crux christi est nob in pñti baculus ⁊ sustentamentũ nr̃e peregrinationis cuius virtute ꝑducimur ad gloriã eterne retributionis. Qd bene figuratũ est Gen. xxxij. vbi dt. In baculo meo trãsiui iordanẽ istum: ⁊ nũc cum duabus turmis regredior. designans ꝑ hoc q̃ ipse paup venit in mesopotamiã: sed nũc diues reuersus ẽ i suã patriã. Jacob figurat ip̃z chr̃m qui pauper venit in mundũ: ⁊ per baculum crucis cũ duabus turmis/iudeorũ scz ⁊ gentiliũ diues reuertit in celum. insinuãs per hoc nobis esse necessuriũ baculum crucis: cui⁹ virtute de ꝑegrinatione hui⁹ mundi ad celestem gloriã transeam⁹. ¶ Qualiter autẽ virtute crucis ad celestẽ gloriaz transeamus: hoc bene figuralit exprimitur Exod. xij. cum dicit. Renes vestros accingetis: calciamẽta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manibus ⁊ comedetis festinãter. Est enim phase. i. trãsit⁹ dñi: in q̃ spũaliter edocemur q̃ si velim⁹ ab hac ꝑegrinatione feliciter ꝑtingere ad regnũ glie/q̃ oꝑtet nos baculũ crucis tenere in manibus vt ipsi cõformemur in nr̃is desiderijs ⁊ oꝑationib⁹. Qd quidez hoc mõ fit/vt renes nr̃os accingamus. i. oẽm carnalẽ delectationẽ in nobis restringam⁹. Debemus etiã calciamẽta habere in pedib⁹. i. vt sanctoꝝ patruz exẽpla imitemur i pijs affectionib⁹ et sanctis oꝑationib⁹. Debemus etiã festinãter agnũ mysticum comedere. i. feruẽter sanctis ⁊ feruidis desiderijs ad celestem patriam ꝓperare. D

¶ Circa secundũ est sciendũ q̃ ip̃ius crucis euidentissima vtilitas notat ꝑ hoc q̃ ei⁹ virtute trãsitur de statu peregrinatõis ad statum glorie ⁊ eterne fruitionis. qd aperte notat cum subditur: transiui iordanẽ istum. ¶ Ad cui⁹ maiorẽ euidentiã est sciẽdum q̃ inuenim⁹ triplicẽ moduz q̃ sancti de statu hui⁹ ꝑegrinatõis transeũt in regnũ eterne btitudinis. Prim⁹ transitus est in vtute baptismatis/q̃ ꝯpetit innocẽtib⁹: ⁊ ille ꝓprie signat ꝑ trãsitũ filioꝝ israel in vtute arce: q̃ ex p̃cepto Josue p̃cessit ppl'm cum de Egypto exirẽt ⁊ iordanẽ transfretarẽt. Arca cm̃ federis chr̃s est: in quo ẽ tota spes nostre salutis. Vñ sicut ad introitũ arce diuise sunt aque iordanis ⁊ viam prebuit ppl'o dei vt irent in terrã ꝓmissionis: ita cõtactu mũdissime carnis cũ in iordane baptisarct collata ẽ vis regeneratiua omnib⁹ aq̃s vt ꝑ eas ipsis baptisatis via pateret ad regnũ beatitudinis. Jõ scribit Jo. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spũsctõ/nõ potest introire in regnũ dei. ¶ Secũd⁹ transit⁹ est in ꝑfectiõe charitatis: ⁊ ille cõpetit penitentib⁹. q̃ bene designat ꝑ palliũ quo Helias sicco vestigio trãsiuit iordanẽ: significans ip̃m christũ qui ꝓ nob ex charitate mortu⁹ est. Qꝛ ꝟo Helias illud palliũ reliquit Heliseo suo discipulo: figurat charitatẽ

christi quā ipe dimisit fideliū collegio que etiā recte dicit palliū quia operit multitudinē peccatoꝝ. Prouer. x. Uniuersa delicta operit charitas. ¶ Tertius transit⁹ est in sufferētia voluntaria presentis penalitatis. ⁊ ille cōpetit martyribꝫ volūtarie passis ꝑ fide christi. in q̄ transitu multiplicat materia leticie. Sci em̄ martyres post mortē reuertunt in celū/sicut exules ad patriā: sicut victores ad recipiendum victorie coronā: ⁊ sicut reges ad dominandū gentibꝫ per potentiā. Sap. v. Judicabūt sancti natiōes ⁊ dominabunt ꝑplis ⁊ regnabit dn̄s illoꝝ in ꝑpetuū. Cui⁹ leticie ⁊ glie nos ꝑ. fa. ⁊c.

¶ De exaltatiōe sctē Crucis Ser. ij. Et in ordine. CXXX.

meus: totum auferat et se mihi det. Ideo scribitur Joan. iij. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ubi dicit Aug⁹. Aqua carnalis deor sum fluit. aqua vero spiritualis salit z secum eos qui eam bibunt in eternā gloriam subuehit. Hanc suauitatem vbi gloriosi martyres in iocunditate conscientie: z in delicijs gratie ita affluenter degustauerūt/ q̄ gaudenter vitā istam pro domino expenderunt. Ad quod Aug⁹. horat quemlibet fidelem ita dicens. O si possemus oēs homines excitare z cum illis pariter excitari: vt valeo esse⁹ amatores vite permanētis quales sumus hui⁹ vite fugientis. D ¶ Secundo vita beata hic describitur a p̄mij immensitate/ cum subditur: z apud dominū est merces eorum. Et ideo scribitur Apoc. xxij. Ecce venio cito: z merces mea mecum est: reddere vnicuiq; iuxta opera sua. Ad cuius maiorem euidentiā est sciendū q̄ deus reddet sanctis suis in eterna beatitudine triplicem mercedē. Primo quidē ipse dabit regiam dignitatē. Secūdo diuine similitudinis cōformitatē. Tertio celestis gaudij iocunditissimas suauitates. Primū patet. nam regia dignitas que sanctis confert in patria/ bene figuratur Hester. vj. vbi dicit. Homo quē rex bonorare voluerit debet indui vestibus regijs z imponi super equū qui de sella regia est: z accipere regium diadema. In quibus tāguntur tria dignitatē regiam integrā tia: videlicet vestimenta regia: sella regia: z regium diadema. Per regias vestes possunt intelligi quatuor glorie dores quibus nostrū corpus in eterna beatitudine vestiet. Que sunt claritas: quia Fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eor. Mat. xiij. Agilitas q̄ fm Aug⁹. tanta erit/ q̄ vbicunq; vo/ let spiritus/ ibi p̄tinus erit z corpus. Subtilitas: quia nulla moles ei resistere poterit. Impassibilitas: quia a nullo contrario leedi poterit. Per sellam autē regiam potest intelligi iudiciaria potestas quaz viri p̄fecti z oēs apostoli cum christo obtinebunt z cū christo iudicabunt. Sap. iij. Judicabunt sancti nationes. Non quidē sententiam p̄ferendo: quia sic solus deꝰ iudicabit. sed magis eius sententiam approbando/ z ex ipsorum perfectio/ ne impios condēnando. Per regium diadema q̄ est circularis figure: intelligitur p̄petuitas eterne glorie. De qua scribitur Esaie. lxij. Et eris corona gloriē i manu domini: z diadema speciei in manu dei tui. E ¶ Secundū p̄z. nam triplicem deiformitatem deus p̄tulit sanctis suis. Prima est deiformitas nature: z illam dedit in creatione. fm quā homo solus factus est ad imaginē dei inter omnia creata. Que quidem imago consistit in memoria per quaz sumus similes patri. In intelligētia: per quā sumus similes filio. Et in volūtate siue amore: per quā sum⁹ similes spiritui sctō. Secūda est conformitas gratie: quā potissime consequit in lucida veritatis p̄templatione. Un̄ dicit Hugo de sctō Vic. Sicut massa liquefacta z in formā funditur z formā accipit eius cui imprimitur: ita per radiū contemplationis mēs humana igne diuini amoris resoluta currit vsq; ad imaginem diuine similitudinis. Tertia est conformitas glorie quam consequitur in clara dei visione. De qua dicit Bern. super Cant. Nescio qua vicinitate nature cum semel reuelata facie gloriaz domini ania fuerit contemplata: mox

illi ꝯformari necesse est: atq; in eandē imaginē transformari de claritate in claritatem: hoc est de claritate gratie in claritatē glorie. Ideo dicit beatus Greg. Omnis beatus deus est: natura quidē vnus deus est. participatōe vero nihil ꝓhibet esse plures. Cui cōsonat qd̄ dicit Boeti⁹. Sicut adeptione iusticie fiunt hoies iusti: simili ratione hoies diuinitatez adeptos/fieri deos necesse est. Et ista deiformitas diuine assimilatiōis est ille denarius quez dn̄s cuilibet in vinea sua fideliť laboranti pro mercede dare promisit vt patet Matth. xx. Voca operarios ⁊ redde illis mercedem suam. F

¶ Tertiū patet. Cum em̄ reuelata facie (vt dicit apl'us) gloriā domini cōtēplabimur: tunc iocūdissima suauitate int'nis d̄licijs adimplebimur. Jux̄ illud quod nobis promittit̄ Job. xxij Tūc super oīpotentē delicijs afflues/ ⁊ leuabis ad deum faciez tuā. (al'as) videbis eum sicuti est. Quia sicut dicit Bern̄. Hec erit summa felicitas ⁊ summa iocūditas/ quādo videbitur ī suo puro esse sincera deitas. Hec visio ⁊ delectatio totuz cor hoīs replens ⁊ satiās/ tota erit illius beatitudinis ꝯsummatio. Propter qd̄ idem Ber̄. in quadā epistola dicit. Illud est solū ⁊ verū gaudiū: quod nō de creatura/ sed de creatore concipit̄. Cui ꝯparata omnis aliena iocunditas meror est: omne dulce amarum: omne pulcruz fedum: ⁊ om̄e quodcūq; delectare potest molestum. Ideo dicit Aug. Tanta est iocunditas lucis eterne: vt si in ea tm̄ vni⁹ hore spacio morari liceret/ merito ꝓinde mille anni presentis vite pleni diuitijs recteq; cōtemnerent̄. Tale gaudium desiderabat Ber̄. cuz diceret. O felix ⁊ gloriosa societas. O sanctum cōuiuium. O desiderabiles epule. O regio celestis quando veniā ad te vt videam deum meum in te.

¶ Ex quibus euidenter apparet vesania cecitatis nostre. Si em̄ sic amamus istam labilem ⁊ miseram vitaz vbi cum tanta anxietate ⁊ cum tot laboribus viuitur: quantū ergo debemus amare illam beatam vitam: vbi nullum laborem sustinemus: sed potius om̄i pace/ om̄i leticia ⁊ om̄i gaudio abundabimus. Ideo dicit Ber̄. Festinemus ad locum tutiorem: ad agrum vberiorem: ad pastum suauiorem. vt habitemus sine metu: abundem⁹ sine defectu: ⁊ sine fastidio epulemur. Quod nobis prest. ⁊c̄.

¶ De sancto Mauricio Ser. q̄ntus Et in ordine. CXLII.

DEsideriuz iustorū omne bonū Prouer. ix. A ¶ Quia s̄m Boetiū. iij. de consol'. omnis natura mortalium licz diuerso calle procedat/ ad vnū tamē finem beatitudinis nititur peruenire. Ideo sapiēs in verbis premissis ostendit q̄ iustoꝝ desiderium (quales fuerunt isti martyres gloriosi) omnibꝰ mundanis contemptis ad solum reguū beatitudinis aspiret cū dicit. desiderium iustorum omne bonum. In quibus verbis sapiens duo facit. Primo nanq; innuit sui desiderij actum/ cum premittit: desiderium iustorum. Secundo tangit desiderātis finem ⁊ obiectū/ cum subdit: om̄e bonum. Nam omne bonuz christus est: qz christus s̄m q̄ homo: est omne bonuz creatum. Quod patet: quia cōprehendit in se omne bonum: quia in suo corpore comprehendit rectitudi-

nem originalis iusticie multo perfectius q̄ fuerit in primo homine. In anima aūt eius comprehendit omnē pulcritudinē gratie. Sed ꝑm q̄ deus est bonū increatum quod est ab omnibus summe desiderandū: quia soluz habet omne desiderium quietare.

B ¶ Circa primū est sciendum q̄ iustorū anime habent tria desideria. Primo quidem opera iusticie ad promerendum. Secundo fluenta gratie ad reficiendū. Tertio alimenta celestis glorie ad delectanduz. De primo patet in ps̄. Concupiuit anīa mea desiderare iustificationes tuas. i. opera iusticie tue: ex quibus meritum eternum colligitur. Et hoc non semel vel bis: sed in omni tempore. In quibus verbis ꝓpheta primo nos docet bonorum operum auiditatem/ cum dicit: concupiuit anima mea desiderare. q. d. hoc cōcupisco/ hoc opto: vt semper magis ⁊ magꝭ in bonis operibus me exerceam. Secundo ostendit eoꝝ vtilitatem/ cū dicit: iustificationes tuas Per opera eīm bona ⁊ meritoria iustificamur et deo grati efficimur: vt dicit Aug⁹. Tertio ostendit eorū continuitatem ⁊ longiturnitatē. Non eīm homini sufficit ad salutez se in bonis operibus vna die vel duobus exercere: sed debet in eis omni tēpore q̄diu hic viuitur perseuerare: quia nō bene incipienti/ sed potius in bono perseueranti premiū debetur. Vñ dicit Ber. q̄ ꝑseuerantia est singularꝭ filia summi regis: que sola triūphantibus reddit brauiū eterne retributionis. Hec autem opera iusticie specialiter consistunt in tribus. Primo quidem in interiori mentis discussione/ ne aliquid in mente lateat quod oculos dilecti offendat. Secundo in exteriori carnis mortificatōne/ vt semper corpus spiritui in actibus ꝟtuosis seruire cogatur. Tertio in ꝓximorū exemplari edificatione. Et de hoc progressu virtuoso in actibus iusticie potest intelligi quod scribitur Prouer. iiij. Iustorum semita. i. eorum conuersatio virtuosa: est quasi lux ꝓpter internā mentis discussionem. sed est lux splendēs propter ꝓprie carnis mortificationez. Sed procedit ⁊ crescit in alijs per boni exempli ostensionem: ⁊ hoc vsq̄ ad perfectum diem. i. vsq̄ ad perfectam meritorum cumulationem. C

¶ De secundo etiā patet. Fluenta eīm gratiarum sunt feruēter desideranda quia mentem reficiunt ⁊ confortant ne i hac valle miserie a bono deficiat/ sed semꝑ inoffenso pede in bono ꝓficiat. Quod bene propheta videtur fuisse expertus cum diceret. Viam mādatorū cucurri cuz dilatasti cor meū. Illud enim ꝓprie dilatatur/ quod a dextris ⁊ sinistris extēditur. Ille ergo cuius cor per gratiam dilatatur sine offendiculo: ꝑ viā mandatoꝝ dei currit tam in prosperis q̄ in aduersis. Et ideo scribitur Prouer. xv. Via iustorum est absq̄ offendiculo: quia ipsis omnia cooperātur in bonū/ siue sint prospera siue aduersa. imo etiā ⁊ ipsa peccata mortalia vt dicit glo. Cuius ratio est: quia iustus post lapsum resurgit cautior: feruentior: ⁊ humilior. Tale feruens desiderium habuit propheta cum diceret. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Nam sicut ceruus fatigatus fontem sitit vt se refrigeret: ita anima feruentibus desiderijs boni diuini estuans ad fontem gratie currit vt sitim suaz temperet ⁊ refrigeret. D ¶ De

tertio patet per apostolū Phil.j.qui dicit. Coartor e duobus: scz ex desiderio moriendi ꝛ vtilitate viuendi. Ido subdit: desiderium habens scz dissolui.i.a presentis vite miserijs liberari ꝛ esse cum christo/eius scz faciez gaudiosam delectabiliter contemplando De qua scribitur Hester. xv. Ualde admirabilis es domine/ ꝛ facies tua plena gratiarum. Et licet illud super omnia desiderem: manere tamen in carne necessarium.i. vtile est propter vos.quia propter vestram instructionem ꝛ edificationē. Ex quibus patet feruens desiderium apostoli: quia ex vna parte cupiebat dissolui ex amore ꝛ desiderio celestis premij. Ex altera parte cupiebat viuere pro vtilitate et cōmodo proximi. Unde dicit Aug⁹. ꝙ sancti viri habent mortem in desiderio/ꝛ vitam presentem in patiētia. Rationabiliter autem sancti viri habent mortez in desiderio ꝓpter multa bona q̄ ex morte ip̄is proueniūt.quia presentis vite mors/nihil est aliud q̄ exitus de carcere.totius laboris consummatio.perpetue quietis adeptio grauissimi oneris depositio. omniuz periculorum euasio.omniū malorūz consumptio.gloriosus reditus ad patriam.gaudiosus ingressus in gloriā Unde predicta considerans apostolus in hanc vocem prorumpit Rhoma. vij. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?

E ¶ Circa secundum est sciendum ꝙ finis ꝛ obiectum desiderij iustorūz rationabiliter dicitur omne bonum diuinuz. Unde cum Moyses a deo visionem diuinam appeteret/sibi responsum fuit: Ego ostendam tibi omne bonum. Hoc autem bonum diuinuz est merito iustis appetibile propter tria. Primo quia illud bonum est iocundissimum ad cognoscenduz. Secundo / quia est vtilissimum ad diligendum. Tertio quia est suauissimum ad fruendum. De primo potest intelligi quod scribitur in psal. Adimplebis me leticia cū vultu tuo. Super quo verbo dicit Augustinus Tāta est iocūditas lucis eterne/hoc est incōmutabilis veritatis ꝛ sapiētie vt si solum per vnū momentum in ea morari liceret: merito ꝓinde mille anni presentis vite pleni delicijs recteq; ꝯtemnerētur. Ideo dicit Bern̄. O cuius non vidit extra te/nec auris audiuit quanta suauitas/quanta iocunditas maneat in illa visione quādo deū facie ad faciē videbimus.que est lux illuminatorum.requies laborantiū. patria redeuntiū. corona viuentium. Et alibi dicit. O q̄ gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ubi om̄es iusti gaudebunt ꝛ epulabūtur in leticia ꝛ exultatione: omnes delectātur in deo. Cuius aspectus est delectabilis ad vidēdum: suauis ꝛ dulcis ad perfruendū Ad hoc gaudium suspirābat Augustinus cum diceret. O beata regio paradisi. O ciuitas celestis totum continens quod delectat: quando veniaz ad te vt videam deum meum in te. Illa enim visio totum absorbet suuz splendorem: vt toto affectu in illum transeat. Sicut vna gutta aque absorbetur a vino fortissimo ꝛ in vinuz transit: sic totus intellectus ꝛ affect⁹ transit in deum. Non quidem per nature vnitatem / sed per similitudinis conformitatem.

F ¶ De secundo patet. Amor em̄ diuin⁹ tante puritatis existit/ꝙ nullo affectu amorꝫ extrinseci cōtaminari pōt. Et iste grad⁹ amorꝫ in te attēdit/quādo amor diui

nus non solū oēm aliū affectū transitoriū superat/sed etiā eneruat. quia ꝑ vim huius amoris oīs delectatio que christū non redolet fit abominabilis menti deuote. Et ideo huius amoris ꝓprium est ꝙ pre interna mentis dulcedine omnē suauitatez transitoriā in quandā insipiditatē cōuertat. Quod declarat Bern. tali exemplo. Nam sicut serpens Moysi comedit oēs serpentes magorū: sic interna suauitas diuini amoris oēm delectationē trāsitoriam absorbet ⁊ in quandā insipiditatem cōuertit. Hunc amorē gustauerat Aug. cum dixit. O felix ⁊ secura dulcedo diuini amoris quis mihi det vt venias in cor meū ⁊ inebries illud amore tuo: ⁊ vnū bonum amplectar te/colligens me a dispersione in qua frustratim decisus sum duz abs te vno auersus in multa euanui. Et istum gradū amoris Ber. sup Cant. appellat amorē sincerū: qui in hoc cōsistit ꝙ mens amorosa ad vnū solum bonū se contulit. qđ ita sincere diligit ꝙ nihil aliud cupit nisi solum amare sinceriter summū bonū. Hunc amorem attigit apl's cum dixit Phil. iij. Omnia arbitratꝰ sum vt stercora: vt christum lucrifaciā. B ¶ De tertio patet. Nam in fruitiōe summi boni mens rōnalis tanta suauitate perfunditur ꝙ omnes vires ad imaginē pertinētes ex eius gustu perfectissime quietātur. Quod patet. nā ibi quietatur intellectꝰ in clara visione lucidissime veritatis. Cuius ratio est: quia lumen p̄me veritatis cum sit īmensum ⁊ omnis veritatis contentiuū: sic replet omnē capacitatem intellectus ꝙ extra eam nullaz veritatē concupiscit quia in prima veritate omnis alia veritas relucet. Ideo dicit Greg. Quid est quod nō videat qui videntē om̄ia videt? Ibi etiaz perfectissime quietatur affectus in plena degustatiōe suauissime bonitatis. Unde dicit Ansel. Ibi totum gaudiū quod mens potest appetere intrabit in ipsos gaudentes imo ipsi gaudentes totaliter intrabūt in ipsum gaudiuz sui domini. Tunc implebitur illud Matth. xxv. Intra in gaudiū domini tui. Quod ideo dicit s̄m Aug. quia illud gaudium tantum est ꝙ nulla mēte creata comprehendi potest: q̄a in illa suauitate oēs vires anime ita absorbentur ꝙ extra illam nihil aliud possunt appetere: ⁊ iō dicūtur ī gaudiū illud intrare. Ibi etiā perfectissime quietat memoria in securissima tentiōe eterne tranquillitatis. Tunc em̄ per experientiā certissime sciet anima ꝙ illud gaudium et illam leticiā nullus ab ea poterit tollere/nec vllum spaciū duratiōis ip̄m poterit terminare. Joā. xvj. Gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. Tunc vtiqꝫ verificabit in nobis illud Esaie xxxij. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis ⁊ in tabernaculis fiducie ⁊ requie opulenta. Et bene dicit sedebit: quia illud gaudium ⁊ illam gloriaz eternaliter ⁊ incōmutabiliter obtinebit. Quod nobis prest. ⁊c.

¶ De sancto Michaele Ser. p̄mus Et in ordine. CXLIII.

Nunquid nosti ordinem celi ⁊ pones rationem eius in terra Job xxxviij. A ¶ Licet ordo ⁊ dispositio diuine sapientie in omnibꝫ creaturis reluceat: potissime tn̄ ⁊ euidentius h̄ apparet in creatura nobiliori ⁊ ꝑfectiori: q̄r illa magꝭ ⁊ ꝑfectiꝰ diuinā

sapientiā repsentat. Et quia inter oēs creaturas natura angelica est perfectior. ideo in vbis ꝓpositis nobis sub metaphora celi/ordo ⁊ dispositio angeloꝝ ꝓponitur in hunc modū. Nunqd nosti ordinem celi: vbi per celū natura angelica intelligit: sicut ⁊ ꝑ terram natura corporalis/vt docet Augustin⁹ sup Gene. ad lr̄am. In quibꝫ verbis ꝓ nostra instructione duo per ordinem implicant. Primū est ipoꝝ angeloꝝ in suis ordinibꝫ ⁊ hierarchiis ordinata distinctio: quod notat cū ꝑmittit Nunqd nosti ordinē celi: q̄si di. Hunc impossibile esset hoi agnoscere: nisi hoc esset Paulo in raptu diuinitus reuelatum. Secūdū est nostre vtilitatis ex tali ordine ꝓueniens grata explicatio. quod notat cum subditur Et pones rationē eius in terra. quasi di. Si ordinem ⁊ distinctionez angelorum agnoueris/tūc cōuenienter poteris explicare vtilitatez nobis ex tali ordine ꝓuenientē. ¶ Circa primū duo sunt vidēda. Primū ē: qualiter sit intelligenda ipoꝝ angeloꝝ ordinata distinctio. Secundū est: q̄ sit cuiuslibet ordinis ꝓprietas ⁊ ꝯditio. Et ex h̄ tertio apparebit nostre vtilitatis exinde ꝓuenientis euidens explicatio. B ¶ Propter ꝑmum est sciendum: ꝙ sicut patet ex traditione Dionysij recepta a Paulo: angeloruz distinctio. in hoc attēditur ꝙ ordinate sunt distributi ꝑ tres hierarchias. Quaruz vna dr̄ suprema. Secunda dicitur media. Tertia infima. Et quelibet earum cōtinet tres ordines. vicz superiorem/medium ⁊ infimum. Nā superior hierarchia continet Seraphin Cherubin ⁊ Thronos. Quoruz primi desiderant dei bonitatem. Secundi veritatē. Tertij equitatē. Media hierarchia cōtinet Dominatiōes: Principatus ⁊ Potestates. Quorū ꝑmi regunt officia angeloꝝ. Secundi ꝑsunt capitibꝫ populorum. Tertij coercent potestatem demonū. Inferior hierarchia ꝯtinet Uirtutes: Archangelos ⁊ Angelos. Ad ꝑmos ꝑtinet miraculorum operatio Ad secundos magnoꝝ negociorum denūciatio. Ad tertios humane custodie cura ⁊ occupatio. C Propter scd̄m est sciendum: ꝙ ꝓprietas ⁊ ꝯditio ordinuz ꝑme hierarchie sic potest haberi. Nam ꝑmi ordinis pura seraphin conditio est triplex. Prima est in amore dei fortiter ardere. vnde seraphin ardentes interp̄tant. Secūda est alios in amore diuino accendere. In cuius signuz seraph tetigit labia Esaie calcl'o ignito: vt patz Esa. vij. Tertia est alijs deum ordinate diligēdi formam tribuere. Quod bene figuratum est Danielis. x. Ubi postq̄ Daniel pre magnitudine visionis ad terram ceciderat/ ⁊ nihil in eo virium remanserat. Sequit. Et ecce manus. s. angeli in figura hominis apparentis tetigit me: et erexit me sup genua mea: ⁊ super articulos manuum mearū. Genua interioris hominis (vt dicit glosa) sunt affectiones. articuli vo man⁹ sunt discreta desideria ex talibꝫ affectionibꝫ ꝓcedentia. Quia sicut manus inflectitur per desideria affectionum. Sup genua ergo erectio/est affectionum nostrarum eleuatio. Tunc vo per angelum super articulos manuum erigimur/quando angelico nutu discrete ⁊ ordinate in ea que sunt diligēda inflectimur. Et vt ꝓpter maiorē ꝯnexionem tertiū membruz cum secūdo decurrat/dici potest ꝙ huic ordini anima conformatur ex perfecta dilectione. Unde de ania igne charitatis accensa ⁊ ad chorum seraphicum subli

mata pōt intelligi quod scribit Cant. ij. Introduxit me rex in cellā vinariā Ordinauit i me charitatē: fulcite me floribus. stipate me malis: qz amore lā gueo. Anima nanq; in cellaz vinariā introducit p excessum dilectiōis: ordiatā hñs charitatē p sobrietatē discretōis: q̄ prudēter potiora bona semper minoribus p̄ponit. Fulcit aūt floribus z stipatur malis per suauitatem spūalis refectiōis: que bene odori florum z pomorū comparat. Quia ista suauitas mentalis refectiōis que habetur in via modica/est respectu sue plenitudis q̄ habet in patria. Licz aūt hec spūalis oblectatio que hic habet in via/sit parua respectu eius q̄ habetur in patria: magna tamen est respectu cuiuslibet transitorie delectatōis Vñ dicit Grego. Parua est: quia de tanto felicitatis pelago modicum q̄d mentibus fidelibus instillat: z tamē mentem quā tangit plene inebriat. Felix q̄ in hac mortali vita hoc gaudiū expi/tur. sicut exptus erat Augustin⁹ cum dixit. Dñe intromittis me quādoq; in tāinexptam dulcedinem: q̄ si pficeretur in me: nescio qua vita dulcior esse posset D ¶ Secūdus ordo dicitur cherubin: qui interp̄tatur plenitudo sciētie: quia in ip̄is p̄ ceteris relucet clarius radius diuini luminis. ex eo q̄ intimi⁹ diuine vitati iūgunt. Hoꝝ etiam ꝓprietas est triplex. Prima est diuini luminis copiosa susceptio. Secūda per lumen susceptum diuine veritatis radiosa ꝯtemplatio Tertia: suscepte sapientie studiosa cōmuniatio. quia plenitudinem sapiētie quam in fonte p̄me veritatis hauriunt/alijs inferioribus cōmunicant z diffundunt. Sicut etiam luna z stelle nō solum lumen a sole recipiūt: sed etiam receptum in alia diffundunt. Huius exemplū habemus Danielis viij. Ubi angelo inferiori puta Gabrieli per superiorem dicit. Gabriel (inquit angelus superior) fac eum. s. Danielem intelligere visionē. Ex quo patet q̄ diuine illuminationes ordinate a superioribus/per medios descēdūt ad infimos. Quia s̄m Dionysiū. vij. celestis hierarchie. Immobili lege diuine ꝓuidentie sancitum est/infima per media reducere in suprema. Huic etiā ordini anima ꝯformat/quādo diuino lumine sic perfunditur/vt aliquam veritatem supnaturalem lympide contēplet. vt dicit illud Job. xxix. Quis mihi det vt sim iuxta mēses pristinos/quādo lucebat lucerna ei⁹ sup caput meū: z ad lumen eius ambulabā in tenebris. Hac em̄ luce anima irradiata rapit in cognitiōe diuinoꝝ secretoruz: vt dicat illud Esa. vj. Vidi dñm sedentem super solium excelsum z eleuatuz: z plena erat om̄is terra maiestate eius ꝛc. Quia em̄ anima iusti sedes est sapientie: Ideo ip̄a potest dici solium excelsum ꝓpter eminentiam z pfectiōem iusticie. De qua dicit ꝓpheta: Justicia tua sicut montes dei. Hoc autē solium dicit eleuatum per serenitatem cōtemplationis quia in illo lumine diuino anime deuote mira z ineffabilia reuelant. Esa. lx. Tunc videbis z affluēs: z mirabitur z dilatabitur cor tuuz. Tunc em̄ eius maiestate plena est omnis terra quando tam corpus q̄z anima plena erunt gratia diuina: vt corpus nihil terrenum concupiscat. z anima virtute luminis inspirati ab om̄ibus transitorijs abstracta/soli prime veritati inhereat: dicens cum sponsa Canticoꝝ vij. Ueni dilecte mi egrediamur in agrum. Et nota processum. Uenit em̄ filius dei in mentem/inflāmans eaz

ad cognitionē ⁊ amorem: Et hoc est/ veni dilecte mi. Sic autē anima in/ flāmata trāscensis omnibus creatis per mentis excessum fertur in cōtem/ plationem creatoris: Et hoc est. Egre diamur in agrum: Iste nanq; egres/ sus est mentis excessus. ager autē est latitudo diuine incōprehensibilitatis ⁊ plenitudo omnis suauitatis. Et q̄ anima per seipsam ad istam cogniti/ onem pertingere non valet/ nisi eius munere suffulta: ideo dicitur plurali ter: Egrediamur. Quia sine tuo adiu torio ad hoc per memetipam pertin/ gere non possum. E ¶ Tertius ordo dicitur tronorum q̄ ideo troni dicunt/ eo q̄ in eis deus sedeat et sua iudicia decernat. In quibus p̄cipue relucet rectitudo diuini iudicij. Ho rum autē ꝓprietas patere potest ex ra tione nominis. Troni enim materia/ les ad litterā sunt sedes regnantium ⁊ iudicantiū. Qui etiā sunt situ sub limes/ factura fortes/ ⁊ statu imobi les. Et figurant istos beatos spiritus qui troni appellantur/ quos etiam di cit Dionys. sedes alt as ꝓpter digni/ tatis excellentiā/ quā super alios acce perunt. compactas propter veritatis soliditatē quā pre alijs discernunt. et firmiter collocatas propter equita/ tis immutabilitatē/ quia sententiam diuini iudicij immutabiliter recipiūt ⁊ ad inferiores transfundunt. Huic autem ordini anima cōformatur/ qñ inspecta seueritate diuini iudicij/ au/ ctoritate regia seipsā dijudicans in/ tima sue conscientie veraciter pene/ trat/ ⁊ diligenter custodit ne aliquid in ea remaneat qd̄ oculos diuine ma iestatis offendat. ¶ Sciendum au/ tem q̄ ad tantum perfectionis gra/ dum/ quo dictis tribus ordinibꝰ con formetur anima deuota/ sine virtu/ tum pēnis conscendere non valet. Et ideo habet clamare cū ꝓpheta. Quis dabit mihi pennas sicut columbe et volabo ⁊ requiescam. Triplices enim legimus pēnas huius columbe: vide licet niueas/ argenteas ⁊ deauratas Et s̄m istaꝝ pennaꝝ varietatē diuer sus ei volatus ꝯgruit. Nam ꝑ pēnas niueas volat in altum ꝑ ꝯscientie pu ritatem. Per argenteas volat ad in/ telligentie claritatem. Per aureas ꝟo volat ad incendij charitatē. Et ꝑ istū triplicem volatū anima ꝯformat̄ tri/ plici ordini prime hierarchie. Nam ꝑ pennas niueas puritatis ⁊ innocen/ tie anima ꝯformat̄ ordini tronoꝝ in quibꝰ deus tanq̄ in trono residet: q̄ familiarit̄ deum in seipsis recipiunt Per pēnas argenteas veritatis ⁊ in/ telligentie sublimat̄ ad ordinem Che/ rubin qui q̄dem eminent̄ diuina secre ta cognoscunt. Per pennas vero de auratas charitatis eximie sublima/ tur ad ordinē Seraphin qui d̄o sub/ limissime vniunt̄: ⁊ in ipsum pre alijs per charitatis incendiū transformau tur. Qd̄ nobis conce.

¶ De sancto Michaele et sanctis Angelis Sermo secundus. Et in or/ dine. CXLIIII.

Visoque sūt ꝓprietates trium ordinuꝫ prime hierarchie: restat vi dere ꝓprietates ordinum scd̄e ⁊ tertie hierarchie. A ¶ Circa quod est sciendū/ q̄ in media hierarchia sunt tres ordines: vicꝫ ptātes principat⁹ ⁊ dominatōes. Et istorum ꝓprietas est

q̄ hominē iuuant in oꝑatione boni: si cut ꝓprietas inferioris hierarchie est hoiem adiuuare in cognitione veri. Primū sic patz. Homo eñ tripliciť impediť ne possit exire in operationē boni. Primo q̄dem ꝑ demonis infestationē. Secūdo per mūdialis cure oppressionē. Tertio per ꝓprie carnis infectiōem. ¶ De p̄mo exempluz habemus in beato Antonio: quē diabolus multipliciter infestauit/ ⁊ varias plagas vulnerū sibi ītulit. Similiter exēplum habemus in beato Benedicto: quē diabolus in specie merule circūuolans ad tātam ꝯcupiscentiā inflāmauit q̄ se nudū īter spinas ⁊ vepres tādiu volutauit quousq; feruor ꝯcupiscētie totaliter refriguit. Et illud impedimentū appropriate tollitur ꝑ potestates: quoꝝ officium est vt dicit Grego. potestatē demonū refrenare. ⁊ homines in bonis actibꝰ confortare. Quod bñ figuratū est Exodi xiiij. vbi d̄r q̄ angelꝰ dñi q̄ custodiebat castra isrl̄/ interposuit se inť egyptios ⁊ pharaonē ꝑseq̄ntes filios isrl̄ ⁊ cū eo pariter colūna nubis. In q̄bꝰ ꝟbis apte describiť patrociniū angelicū cōfortās ⁊ ꝓtegēs nos ꝯtra infestationē inimici. Cum eñ pharao et egyptij. i. caterua demonū/ filios israel. i. fideles deū ꝑ fidē vidētes/ atrociter ꝑsequunť: tūc diuinū p̄sidiū/ q̄d ꝑ angelū intelligiť: se interponit. ⁊ nos a demonū infestatione defendit. Q̄d q̄dē p̄sidiū signanter d̄r colūna/ ꝓpter robur fortitudinis. Sed d̄r nubes ꝓpter effectū refrigeratiōis: q̄r nos ab estu tētationū refrigerat. Huic autē ordini ꝯformamur/ quādo diabolicis infestatiōibꝰ viriliter reluctamur. Ad quod hortamur. j. Petri. v. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Cuiꝰ causam assignat Ambro. ꝑ hoc q̄ deus ip̄e cū omniū angelorū militia certamē tuū expectat: tibiq; ꝯtra diabolum dimicanti parat eternitatis coronam. B ¶ De secūdo potest intelligi quod scribiť Joan. xvj. In mūdo pressuram habebitꝭ: in me aūt pacem. sed cōfidite: quia ego vici mūdū In his eñ ꝟbis chr̄s p̄dixit discipul̄ ⁊ in eis omnibꝰ/ tribulatiōes quas in mūdo passuri erant. De quibꝰ d̄t apostolus. ij. Corinth̄. j. Nolo vos ignorare fratres q̄ supra modū grauati sumus ⁊ sup̄ omnē virtutē: ita vt tederet nos etiā viuere. Licz aūt in mundo apostoli ⁊ ceť fideles graues patiant molestias ⁊ ꝑsecutiones: in deo tamē mēte pacem retinēt per iternas eius cōsolationes/ quibꝰ eos interius consolať: vt dicit Greg. Qualiter autē mūdus fideles impugnat/ hoc docet Augustinꝰ dicens. q̄ mūdus duplicē aciem ꝓducit cōtra milites chr̄i Blandiť aūt vt decipiat. sed tribulationibꝰ terret vt frāgat. Si ergo nos nō teneat voluptas ꝓpria: nec terreat crudelitas aliena: tūc victus est mūdus. In vtraq; via chr̄us occurrit: ⁊ nobis ꝑ suaz gr̄am adiutoriū impendit. Et hoc bñ figuratuz est Matth̄. viij. vbi magnus motus ⁊ magna tēpestas facta est in mari/ ita vt nauicula in qua erant discipuli operireť fluctibus. Et ideo p̄ timore clamauerūt ad chr̄m dicētes: Domie salua nos perimus. Qui statim surgens imꝑauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta est trāquillitas magna. Et istud impedimētuz remouent p̄ncipatus: qui faciunt nos mēte ⁊ desiderio summi boni omnibus principibꝰ ⁊ mundanis persecutionibus tranquilla mēte dominari. Huic autem ordini conformamur quando tribulationes nobis imminentes tranquilla mente toleramus. C

¶ De tertio pōt intelligi quod scribitur Sap. ix. Corpus aūt qd̄ corrumpitur grauat animā. quia ex corrupta infectione fomitis insurgūt praue cōcupiscentie carnis/animā nō solū aggrauātes: ⁊ per carnalia desideria q̄si quodam pondere graui eam inferius deprimentes: sed etiam spūaliter inficientes. Quia per hoc q̄ anima talibus desiderijs ꝯsentit/spūaliter moritur. Quod patz per illud quod dn̄s dicit Matth. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eam. i. eo animo ⁊ fine/vt eam cōcupiscat. quod sm̄ Augustinum est ꝑlane ꝯsentire libidini: talis mechatus est eam in corde suo: ⁊ peccatuz mortale perfecte commisit.

¶ Remediū aūt cōtra ꝯcupiscentiā docet Grego. vj. moral. sic dicēs. Caro cum ꝯcupiscit̄ pensetur quid sit ex animis: ⁊ videbit̄ quid amat̄. Nihil ꝓprie sic ad domandū carnalium desideriorum appetitum valet/ q̄ꝫ vt q̄s quis hoc quod diligit viuum/penset quale sit mortuum. Et illud impedimentum remouent dominatiōes: q̄a ip̄orum virtute faciūt nos omnibus passionib̄ potenter ⁊ viriliter domiari. Huic autē ordini cōformatur anima: q̄n̄ per diuinā gratiam cōfortata omnib̄ cōcupiscentijs ⁊ voluptatib̄ potēter dominat̄. Unde iste tres act⁹ istorum trium ordinum apte figurātur Genesis. xxxij. Ubi angelus q̄ luctabatur cum Jacob/tria bn̄ficia sibi impendit. Primo nanq̄ ip̄m ꝯtra Esau defendit ⁊ cōstantem fecit. Secūdo nomē Jsrael sibi imposuit. Tertio neruum femoris percussit ⁊ emarcuit. Primū horum spectat ad potestates/qui nos cōtra diabolicas potestates roborant ⁊ confortant. Secūdum spectat ad principatus: qui tūc nobis nomen Jsrael imponūt: quando propter cōtemplationem diuinorum/ip̄oꝝ instinctu nobis terrena desipiunt. Tertium pertinet ad domiationes. Tunc em̄ neruus tactu angeli in nobis marcescit: quando gratia diuina omnē estum carnalis delectationis in nob̄ extinguit D ¶ Secundū patet. Nam potentia intellectiua impedit̄ in cognitione veri ꝑ triplicem defectum: ꝓpter cuius remotionem mittunt̄ tres vltimi ordines inferioris hierarchie. Primo nanq̄ est de se obscura: ⁊ ideo per naturam vix cognoscit minima. ⁊ multotiens per carnalia desideria fit magis obscura. Cuius exemplū habemus in Tobia: ad cuius curationem angel⁹ Raphael missus fuit. Legitur em̄ q̄ fatigatus ex sepultura iactauit se in lecto Et signat illos qui post bona opa intendunt voluptuosis delectationib̄. Et ideo tales cum Tobia stercore hirundinum excecantur. Per hirundines em̄ volitantes signant̄ immūde cogitatiōes: que per sua stercora mētem excecant/quando in tali feda cogitatione delectatur/⁊ ei consentit. et tunc visum spūalem amittit: quē lumen gratie sibi contulit. Sed angel⁹ ipsum Tobiam illuminauit per hoc qd̄ de felle piscis sibi super oculos posuit. Per quod designatur q̄ mens ꝑ amaritudinem penitentie: ⁊ recordationem passionis dominice illuminatur ⁊ recipit lumen gratie. Unde ad istud impedimentum tollēdum mittūtur angeli inferioris ordinis: quorum officium est hominib̄ minima nunciare: ⁊ om̄em caliginem mentis abstergere. Huic autē ordini anima cōformatur quando in diuinis mandatis exequendis/⁊ in diuinis instinctibus consentiendis celer ⁊ obediēs inuenitur. E Secundo est imper

fecta. quia licet ratio naturaliter possit cognoscere hec inferiora que sunt minima: nō tñ supiora ⁊ ꝓfunda mysteria q̄ sūt maiora. Ideo scribit Sapien. ix. Sensum aūt tuum q̄s nouit nisi spiritum tuum miseris de altissimis. Et ad istum defectum tollendum mittuntur archāgeli/qui sunt medij ordinis inferioris hierarchie. quorum est nunciare maiora: vt ptz in Gabriele qui natiuitatem Joannis baptiste nunciauit: qui fuit supnaturaliter de senibꝫ ⁊ sterilibꝫ cōceptus. ⁊ similiter christum nūciauit: qui supernaturalit virtute spūssancti fuit cōceptus ⁊ natus. Huic autē ordini anima conformat/quando ad magna mysteria capienda ⁊ etiam ꝓpalanda ꝑ gratiam subleuatur. F ¶ Tertio est ad hec sensibilia depressa. ⁊ ideo oportet ꝙ ad illa que fidei sunt supnaturaliter eleuet. Et ad istum defectū tollendum mittunt virtutes. quibꝫ fm Gregorium attribuitur operatio miraculorū. ꝑ que q̄dem miracula nos in vera scientia fidei stabiliūt ⁊ ꝯfirmant. Huic autē ordini anima conformat quando diuino amore succensa/magna ⁊ stupenda cōmunēq; modū humanum excedentia in virtuosis actibus operat. Et isti tres actus hoꝝ trium ordinum apte figurant. iiij. Regū. xix. Ubi legitur ꝙ angelus Helie subter iuniperū dormienti tria bona ꝯtulit. Primo nanq; per aquam ipm refrigerauit. Secūdo per panem allatum ipm cōfortauit. Tertio in fortitudine cibi sumpti quadraginta diebus ⁊ noctibꝫ ambulauit. Et ideo ꝑ aquam qui est potus paruuloꝝ ⁊ faciliter trahitur/intelligitur reuelatio minorum: que per angelos nunciantur ⁊ facilius capiuntur. Per panem autem qui est cibus fortium intelligitur reuelatio magnoꝝ ⁊ difficilium q̄ per archangelos nūciantur. Per fortitudinem ostēsam in ꝓlixitate itineris/intelligitur reuelatio sublimium ⁊ ostensio miraculorum per que in fide roboramur: que ꝓprie pertinet ad virtutes. Quarum perfectionum nos participes fa. ⁊c.

¶ De Angelis sermo tertiꝰ Et in ordine. CXLV

Omnes sunt administratorij spiritus i obsequium missi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis Hebreo. j. A ¶ In verbis ꝓpositis ꝑ nostra instructione spūali duo innuūtur. Primū est magnitudo diuie clementie. Secūdum est magnitudo dignitatis humane. Primū apparet in hoc ꝙ totam celestem militiam in obsequium homini deputauit. Quod notatur cum p̄mittitur Omnes sūt administratorij spiritꝰ in obsequiū missi. Secūdum apparet in hoc ꝙ deus seipm homini in salutis premiū deputauit. Quod notatur cum subditur: ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis. Ideo dixit ꝓpheta ad deum loquens. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. i. teipm in quo solo hereditas vite eterne consistit. ¶ Circa p̄mū est sciendū: ꝙ licet omnes celestes spiritus mittantur in ministerium nostre salutis. quia supiores mittunt ad medios: ⁊ medij ad infimos Soli tamē inferiores imediate mittunt ad nos: nō aūt medij vel supremi. Et tales circa nos exercēt quadruplex ministeriū. Quoꝝ q̄dam exercēt circa peccatores: q̄dam circa peniten

tes: qdam circa pugnantes in tenta-
tione. Quidā circa laborantes in bo-
na operatione. B ¶ Circa pri-
mum est sciendum q circa ipos pec-
catores exercent ministeriū triperti-
tum. Primū est ipos impedire ne pec-
cent. Secundū est eos increpare post
q̄ peccauerunt. Tertiū est ipsos qui
eorum increpationē dissimulāt a pec-
cato potenter eruere. Primū ministe-
rium quo peccatum impediunt figu-
ratū est Nūc. xx. i ipso Balaam: q cū
mercede adductus esset ad maled icē-
dum populo israeli fuit ab angelo tri-
pliciter impeditus. Primo quia an-
gelus sibi occurrit in itinere plano
euaginato gladio/quē cernens asina
cui insidebat ab itinere se auertit. Se-
cundo sibi ꝯsequenter occurrit in an-
gusto duarum maceriarū/quem vi-
dens asina/iunxit se parieti ⁊ pedem
sedentis attriuit. Tertio sibi occur-
rit in loco angustissimo vbi nec a de-
xtris nec a sinistris potuit declinare ⁊
tunc asina sub pedibꝰ eius cecidit/et
mirabiliter est locuta. Ex quo datur
intelligi q angeli ipos pctōres pecca-
re volētes triplicit̄ ipediunt. Primo
quidem ꝑ recordationē districti exa-
minis. Secundo ꝑ immissionem pre-
sentis tribulationis. Tertio per hor-
rorem dire mortis. Per asinam que
brutalis est sensualitas designat̄. per
Balaam asine insidentem notat̄ ipsa
ratio que voluntate peccandi exceca-
ta mouetur ad ꝑficiendū peccatum.
Cui angelus primo occurrit cū eua-
ginato gladio: ingerens sibi examen
districti iudicij vt ꝑ hoc retrahatur a
peccato: Ideo scribitur Deut̄. xxxij.
Euaginabo gladium meum: ⁊ interfi-
ciet eos manus mea. Et quia talis re-
cordatio magꝭ ingeritur et ꝑcipitur a
sensualitate/q̄ ab ipsa ratione: Ideo
asina dicitur videre angelum et non
Balaam. ¶ Scdo pctōrez a pctō de-
sistere nolentē impediūt ꝑ imissionē
p̄ntis tribulatōis/qd̄ designant an-
gustie maceriaꝝ: quibꝰ vinee ad lit-
terā cingunt̄. Nam ꝑ ipas vineas in-
telligere debemꝰ electoꝝ animas/q̄
ꝑ tribulatōnes p̄ntes muniūtur ⁊ de-
fendunt̄ ꝯtra tētationes iminentes.
Et in isto loco puta aduersitate tpali
pctōre ꝯstituto/asina atterit pedem
sedentis. qꝛ sensualitas ingerit dolo-
rem ꝯtritionis: ⁊ affectum rationis.
Sessor em̄ asine est ipa ratio sensua-
litati p̄sidens. Pes autē est ipse affe-
ctus: cui dolor ꝯtritionis ingeritur.
¶ Tertio pctōrem adhuc a ꝓposito
peccandi nō desistere angeli ipediūt
ꝑ horrorē mortis/qd̄ signatur ꝑ locū
artissimū/in quo nō potest declinari:
nec a dextris: nec a sinistris: ⁊ ibi ca-
dit asina qꝛ morte iminente sensuali-
tas occumbit: ⁊ rationi loquit̄ ꝑ opa
que ꝯmisit. Que scdm Augustinum
tunc dicent anime. Opera tua sumꝰ
non te derelinquemꝰ sed tecum ad iu-
dicium veniemꝰ. L Scdm mi-
nisterium angeloꝝ est peccatores in-
crepare de peccato p̄terito. Et hoc be-
ne figuratum est iudicium scdo Ubi
dicitur q angelꝰ domini accessit ad
locum flentium ⁊ increpauit eos di-
cens in persona domini. Eduxi vos
de terra Egypti ⁊ induxi in terrā pro
qua iuraui patribus vestris: ⁊ polli-
citus sum/vt non facerē irritum pa-
ctum meum vobiscum in sempiter-
num. Ita dumtaxat vt non faceritis
fedus cum habitatoribus terre huiꝰ
⁊ aras eoꝝ subuerteretꝭ: ⁊ noluistis
audire me. Qobrē gentē istā hostes
habebitꝭ: ⁊ dij eoꝝ vob erūt in ruinā

Et sequit: q cum angelus domini talia loqueretur ad filios israel: eleuauerũt vocem suam ⁊ fleuerunt. In quibus verbis inuit q boni angeli ipos peccantes arguũt pmo de ingratitudine triplici. Prima est de beneficio liberatõis ab egypto. i. de potestate tenebrarum: a qua liberamur in baptismo. Secũda ingratitudo attendit quãtum ad donum gratie in psenti: p qd introducimur in terram pmissionis. Tertia ingratitudo attenditur qntum ad donũ glorie in futuro quã nobis sub iuramento pollicitus est se daturum ¶ Secũdo ipos arguit de puaricatõe diuini mandati: ⁊ h qntũ ad duo Precepit em pmo vt non intremus fedus cuz demonibꝰ: qd fedꝰ inimus peccando: ⁊ demonis suggestionibus ꝯsentiendo. Secũdo vt demoliremus aras demonũ. i. vt extirparemus vicia ⁊ concupiscentias in quibꝰ diabolo seruit: ⁊ ei honor latrie exhibetur. Ex qua quidem increpatione tertio peccator frequenter cõpungitur ⁊ in amaras lachrymas puocatur. Quod designat per h: q cum filij israel p dictam increpationẽ audissent: omnes eleuauerũt vocem suam ⁊ fleuerũt. D ¶ Tertiũ ministerium angeloꝝ est peccatores a peccato quasi vi eruere: quos p impedimẽta ⁊ increpationes a peccato auertere nõ possunt. Quod bene figuratũ est Genesis. xix. in ereptione Loth de sodomis: ne periret in scelere ciuitatis. Legit em ibi q angeli cogebãt Loth surgere: ⁊ cũ vxore sua ⁊ liberꝭ recedere a sodomis: ne ipe ⁊ sui perirẽt i scelere ciuitatis/ q mox delenda erat p ministerium angeloꝝ. Per Loth nãq designat ipa mens ⁊ vigor ratiõis Per vxorem autẽ ipa caro. per duas filias eius designat cogitatio ⁊ affectio que ab ipa rõne pcedunt. Cogũt ergo angeli Loth. i. spm homis exire de sodomis. i. de ipa voluntate peccãdi: cum vxore sua. i. cum peccandi cõsuetudine: que quasi indissolubiliter peccatori cõiungit. ⁊ cum duabꝰ filiabus suis. i. cum cogitatione ⁊ affectione ipm eruunt a peccato: ⁊ quasi vi a sodomis educunt. Quia cum dissimulamus vocationem angelicam et inspirationem internam/ multotiens nobis quasi vim inferunt: ⁊ apprehẽdunt manum/ pbentes diuinum adiutorium/ vt nos eruant a peccato E ¶ Secũdo circa ipos penitẽtes similiter exhibent ministerium triptitum. Primo nanq sanãt oculos cordis per cõtritionem. Secũdo purgãt labia penitentis per ꝯfessionem. Tertio gaudenter nos puocant ad actuz satisfactionis. Primũ ministeriũ figurat Tobie. xj. Ubi dicit q Tobias iunior ex pcepto angeli Raphaelis liniuit oculos patris sui de felle piscis: ⁊ statim cepit albugo egredi: qua egressa pater visuz recepit. Per Tobiam iuniorem inferior portis rõnis Per patrẽ excecatũ/ signatur liberuz arbitrium excecatũ per peccatũ. Qd quidem excecat ⁊ quantũ ad aspectũ celestis glorie/ qui est oculus dexter: ⁊ quãtum ad aspectum infernalis pene/ qui est oculus sinister. Quia delectatio peccati nõ sinit hominẽ cõsiderare gl'iam celestis gaudij: nec penaz inferni: p quã ꝯsiderationẽ homo deberet retrahi a peccato. Fel piscis est amaritudo compũctiõis: q instinctu angelico homini ministrat. Tunc autem felle piscis oculi liniunt: quãdo de peccati cõmissione dolor ⁊ amaritudo cõtritionis concipitur. cuiꝰ virtute albugo ab oculis egredit: quia virtute contritiõis cecitas peccati p

pellitur. ⁊ per hoc visus recipitur: q̄a gratia diuina mēti infunditur. vt sic possit cernere gloriam eternā quam ꝑ peccatum amisit: ⁊ penā eternā quaꝫ promeruit. F ¶ Secundū ministerium scꝫ purgatio labioꝝ per confessionem/figuratum est Esa. vj. vbi cum ꝓpheta vidisset dominū sendentem super solium excelsuꝫ: ⁊ angelos circūstantes/clamauit Ue mihi quia tacui: quia vir pollut⁹ labijs ego sum Sequit̄. Et volauit ad me vn⁹ de seraphin: ⁊ in manu eius calcul⁹ ignit⁹ qui tetigit os meum ⁊ dixit. Ecce tetigi labia tua ⁊ auferet̄ iniquitas tua: ⁊ mundabit̄ peccatum tuum. ¶ In q̄bus verbis exprimitur modus ministerij angelici quo labia penitentium per cōfessionem purgant̄. Nam cum ip̄e penitēs recogitat rigoreꝫ extremi iudicij: quādo rex glorie sedebit sup̄ solium diuine maiestatis ad iudicandum viuos ⁊ mortuos: tunc incipit clamare ⁊ gemitu cordis ⁊ ore vocis Ue mihi quia tacui a vera cōfessiōe. scꝫ peccatoꝝ meoꝝ: quia ex h̄ vir pollutus labijs ego sum. Quo facto statim adest ministeriū angelicum. qui sumpto calculo diuini amoris tāgit labia confitentis ad intime ꝓferendū actum ꝯfessionis: per quā eius iniq̄tas aufertur: ⁊ peccatū eius deletur. iuxta illud psal. Dixi confitebor: ⁊ tu remisisti iniquitatem peccati mei.

G ¶ Tertiū ministeriū angelicuꝫ scꝫ nobis congaudere ⁊ nos ꝓuocare ad actum satisfactiōis aperte exp̄mit̄ in parabola dominica Lu. xv. vbi dicitur: ꝙ mulier q̄ ꝑdiderat drachmaꝫ vnam accendit lucernā ⁊ euertit domum ⁊ querit diligenter donec inueniat. ⁊ cum inuenerit ꝯuocat amicas ⁊ vicinas dicēs: Congratulamini mihi quia inueni drachmā quam perdideram. Ita dico vobis/gaudium erit angelis dei super vno peccatore penitentiam agente q̄ꝫ sup̄ nonagintanouem iustis qui nō indigent penitentia. Nam per drachmā intelligere debemus rationalem animā ꝑditaꝫ per peccatum. Mulier aūt requirēs animā ꝑditam est diuina misericordia. De qua scribit̄ Esaie. xlix. Nunq̄d potest obliuici mulier infantem suuꝫ vt nō misereat̄ filio vteri sui: Sed si illa oblita fuerit: ego autēꝫ nō obliuiscar tui: dicit domin⁹. Nō em̄ obliuiscet̄ misereri deus: quia nō continet in ira sua misericordias suas: vt scribit̄ in psal. Lucerne autē accensio est gratie infusio. Dom⁹ euertit̄ ⁊ drachma ꝑdita diligenter querit̄: dum ꝑ ꝯtritionē peccatum conterit̄: ⁊ volūtas a delectatione peccati auertit̄/⁊ ad bonum ꝓpositum immutat̄. Inuētio aūt drachme perdite fit in penitentis ꝯfessione. Ibi em̄ drachma ꝑdita inuenitur quia imago ꝑ pctm̄ deformata ꝑ gratiam reformat̄. Cōuocatio ꝟo amicarū ⁊ vicinaꝝ ad gaudendū/est ꝯgratulatio spirituū celestium nostre saluti cōgratulantium. Ideo dicit̄ ibideꝫ ꝙ gaudiuꝫ est angelis dei ⁊c̄. Cuius gaudij ⁊ eoꝝ ministerij nos ꝑti. ⁊c̄.

¶ De Angelis sermo q̄rtus
Et in ordine. CXLVI

Tertio ministerium angeloꝝ attendit̄ circa pugnātes in tētatiōe. Et similiter est triplex iuxta triplicē tentationē quam ab hoste tripl'r sustinemus. Est em̄ q̄dā tentatō carnis: q̄dam hominis: ⁊ q̄dā demonis. Nam ꝯtra tentatōem carnis misteriū angeloꝝ est debilitare vigorē ꝯcupiscētie carnalis. Cōtra tētationē hois/ip̄oꝝ

angeloꝝ ministerium est signare: ⁊ signo distictiuo discernere bonos a malis. Sed contra tentationẽ demonis ipsoꝝ ministeriũ est ligare ⁊ refrenare potentiã demonis. A ¶ Primũ ministeriũ angeloꝝ cõtra tẽtationez carnis figurat̃ Gen. xxxj. in lucta Jacob quã habuit cum angelo. Ubi dicit̃ ꝙ angelus luctabat̃ cuz eo vsqꝫ mane: quẽ cum angelus superare nõ posset/tetigit neruuz femoris ei⁹: qui statim emarcuit. ꝓpter qd̃ Jacob deinceps pede claudicabat. Jacob interpretat̃ luctator: qꝛ cũ angelo in oratione luctabat̃: nam illa lucta intellectualis fuit/⁊ ĩtellectualibꝫ brachijs agebatur in oratione deuota. Qd̃ in nob̃ similiter cõtingit cũ angelos imploramus vt sint nobis adiutores cõtra tẽtationes carnales. Brachia aũt quibꝫ cũ angelo luctamur sunt fletus compunctiõis ⁊ deuotio orõnis. De fletu orõnis dicit Grego. Quo vberi⁹ culpa fletur/eo altior cognitio ꝟitatis attingitur: qꝛ dñs rem petitã nescit differre quã cõpuncto corde sibi senserit supplicare. Cui⁹ cãm assignat Hiero. quia magis affligit diabolum lachryma humilis q̃ꝫ pena infernalis. Nec mirũ. Uincit em̃ inuincibilez ⁊ ligat oĩpotentez. De oratione deuota dicit Grego. Si virtus deuotionis orantẽ in intimis afficit: om̃is strepitus praue cogitationis obmutescit. Unde dicit Aug⁹. ꝙ oratio confert oranti subsidium: deo sacrificiũ: demonibꝫ aũt flagelluz. Et ideo virtute orationis deuote Jacob inualuit ad angelum cuz quo luctabat̃. In hac lucta tangit angelus neruũ femoꝛ ⁊ marcescit: quia virtute deuote orationis/carnis concupiscentiã reprimit: ita ꝙ ex hoc vir sanctus incipiat claudicare. Qui em̃ claudicat pede/nõ potest firmiter pedem terre infigere: quia mẽs deuotione affecta non potest pedem affectionis affigere delectationi cõcupiscẽtie carnalis. B ¶ Secundũ ministerium angeloꝝ contra tentationem hominis/est hominẽ signare ⁊ protehere. Quod bene figuratũ est Apoca. vij. cum dicit̃. Uidi angelũ ascendentem ab ortu solis/habẽtem signũ dei viui: et clamauit voce magna q̃ttuor angelis quibus datum est nocere terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere terre mari neqꝫ arboribus: quousqꝫ signemus seruos dei nostri in frontibꝫ eorum. Hoc signũ quod ministerio angelorum imprimit̃ mentibus electorum/est memoria ⁊ feruens amor dominice passionis. De quo signo scribitur Ezech. ix. Signa thau sup̃ frontibus viroꝝ gementiũ. ⁊ quicunqꝫ isto signo fuerint insigniti: non timent angelum percussorẽ. Unde sequitur ibi Super quem videritis thau: ne occidatis. Non em̃ habet timere diabolũ percussorẽ qui intus habuerit deũ inhabitatorem: vt dicit Aug. Per hoc etiam signũ discernũtur electi a reprobis: qui designant̃ in Apocalypsi per terram ⁊ mare ⁊ arbores. Terra nãqꝫ dicuntur ipsi terrenorum amatores. Mare autem quod fluctibus intumescit: sunt ip̃i superbi per spiritũ elationis inflati. Arbores autez qui terre affigũtur ⁊ ex ea nutrimentum sumũt: sunt homines molles carnalibꝫ concupiscentijs adherentes. Et isti reprobi discernũtur ab electis per figuram dominice passionis: in qua sola apostolus volebat gloriari cum dixit Gal. vj. Mihi absit gl̃iari nisi in cruce domini nostri Jesu christi. C ¶ Tertium ministerium angelorũ est ligare potẽtiam demonis per compressionẽ sue tentationis. Et hoc bene

figuratū est Apocal. xx. vbi Johānes vidit angelū descendētem de celo habentem clauem abyssi ⁊ catenam magnam/et apprehendit draconem serpentem antiquū (qui est diabolus) et ligauit eum ⁊ misit eum in abyssum. Ex quo ostenditur ꝙ sancti angeli ligant ⁊ comprimūt potestatem diaboli: ne possit nocere electis quantū vellet. Qui dicit draco ꝓpter tentationez occultam: quia in principio blande ⁊ quasi sub specie boni suggerit malū: Sed postq̄ precipitauit tunc in fine stringit cauda/⁊ per malā consuetudinē hominē detinet in peccato. Sicut dicit Isido. ꝙ draco cauda stringendo interficit elephantē. Sed dicitur serpens ꝓpter tentationē manifestam: que venenū peccati ore suo diffundit. Diabolus vero dicit inquātū ad peccatū impellit. Sed dicitur sathan. i. aduersarius/inquātum omni bono aduersat ꝓpter ꝑuersitatem sue voluntatis obstinatā in malo. Tunc aūt ſm Grego. aduersarius perfecte vincit/quando mens nostra in malū quod suggerit nec ꝑ delectationē nec per cōsensum inclinat: et quādo inter contumelias a ꝓximo illatas ab odio custodit: ⁊ iter flagella dei a murmuratiōe compescit. Vñ Bern. Demonum est mala suggerere: nostꝝ est nō ꝯsentire. Nam quotiens eis resistim⁹ totiens eos superam⁹: angelos letificamus: deū honoram⁹: qui incitat vt pugnem⁹: adiuuat vt vincam⁹: fortificat ne deficiam⁹. D ¶ Quarto ministeriū angeloꝝ attendit circa laborantes in bona operatiōe. Et hoc similiter est tripertitū ſm ꝙ in hoīe est triplex impotētia ad bonū operādū. Primo nanq̄ homo habet impotentiam standi in bono. Scdo habet impotentiā ꝓficiēdi in bono. Tertio habet impotētiam perseuerādi in bono. ¶ Primo dico ꝙ hō ex se habet impotentiā standi in bono. Quod patet in simili. Nā sicut puer pre debilitate virtutis motiue statim caderet nisi teneret a nutrice: ita homo pre debilitate ⁊ fluctuatiōe mentis sue in bono stare nō posset nisi ꝑsidio āgelico muniret. Et ideo scribit in Ps. Angelis suis deus mādauit de te vt custodiāt te in omnib⁹ vijs tuis: ne. s. a ꝓposito bono volūtatis vnq̄ cadas. Quod verbum ſm Bern. ꝑmo nobis debet cōferre magnā reuerentiā ex ꝑsentia angeli nos custodiētis. Unde dicit: In quouis diuersorio/in quouis angulo tuo angelo reuerentiā exhibe. Nec vnq̄ illo ꝑsente quicq̄ agere audeas quod me ꝑsente facere non auderes. Secūdo debet nobis afferre magnā deuotionē ex beniuolētia dei: q̄ nobis tales custodes ex misericordia deputauit. Tertio debet nobis conferre magnam fiduciā: ex eo ꝙ talib⁹ custodibus sic nobilib⁹/sic potentib⁹ vallati sum⁹: ꝙ contra eorū nutum nihil nobis aduersi ꝯtingere potest. Quod patet per hoc qd ꝓpheta ibidem subdit: In manib⁹ suis portabunt te ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuū/id est ne tuus affectus si ipsis consentire volueris/vnq̄ in aliquod malū impingat. Ideo autem signāter dicitur/ꝙ portabunt te in manib⁹: quia paruuli ⁊ debiles sum⁹. vt dicit Bern. et ideo ab eis portari ⁊ custodiri indigemus Unde dicit Bern. ꝙ q̄tiens grauissima te vrget tentatio. q̄tiēs tibi vehemēs imminet tribulatio: inuoca custodē tuum: recurre ad ductorē tuū: quia te custodiet ⁊ defendet in omnibus vijs tuis. E ¶ Secūdo homo habet impotentiā ꝓficiēdi i bono nisi vrgeretur ⁊ cōfortaret ministerio

F ¶ Secūdo notatur sui patrocinij exhibitio liberal': quod notatur cum subditur. ⁊ om̄es fines terre adorabunt te. quia reuera om̄es fideles omniū terrarum eius patrociniū implorant: quibus om̄ibus sue consolationis beneficium liberaliter impendit. Quod patet. nam suis deuotis tripliciter sua beneficia impendit. Primo quidem in vita. sicut patet euidēter in Tagaberto rege francorum sibi deuoto: quem ipse sepe et nō semel ab ira patris eripuit ⁊ a multis tribulationibus preseruauit. Secundo suos deuotos adiuuat in morte. sicut patet per hoc: Ex cum legatꝰ imperatoris libros Dionysij de nouo translatos Ludouico regi francoruz misisset: virtute dei et beati Dionysij xix. infirmi curati sunt: quorum non nulli mortali egritudine tenebantur. Tertio suos deuotos adiuuat post mortem. sicut patet in predicto rege Tagaberto: cuius animam Dionysius a demonibus ipsam ad infernū deducentibus liberauit/ ⁊ ei penitendi spaciuz impetrauit. Unde omnes fideles possunt sibi dicere illud Tobie. xij. Benedixit nobis dominꝰ ad introituz tuū: quia per te bonis omnibus repleti sumꝰ. Cuius meritis nos participes fa. ⁊c.

¶ De sctō Dionysio ser. scdus
Et in ordine. CLIII.

Homies magni virtute nūciantes in populis dignitatē ꝓphetaꝝ imperātes imperāti populo. Eccli. xliiij A ¶ Uerba ꝓposita ꝯuenient assumunt in laudē ⁊ preconiū beati Dionysij ⁊ socioꝝ eius: qui a papa Clemente fuerunt directi in Franciā. ⁊ illi gēti ⁊ maxime in ciuitate Pariensi verbum salutis ardētissime p̄dicauerūt. ⁊ illam gentem ferocē iugo fidei subdiderūt. In q̄bꝰ ꝟbis isti gloriosi martyres tripliciter describunt. Primo nanq; ostendit ipoꝝ sanctitas exemplaris. Secūdo innuit ipoꝝ p̄dicatio salutaris. Tertio exprimit ipoꝝ reuerentia paternalis. Propter eorū sanctitatem exemplarē sunt a nobis fideliter imitādi. Propter p̄dicationeꝫ eoꝝ salutarē sunt a nobis merito cōmendandi. Sed ꝓpter reuerentiā paternalem sunt a nobis solenniter venerandi. Primū notat cum p̄mittit: Homines magni virtute. Secūdū cum subdit: nunciātes in populis ⁊c. Tertiū cum annectit: imperantes imperāti populo B ¶ Primo ḡ ex virtuoso ornatu ostendit ipoꝝ sanctitas exemplaris: que notat cum p̄mittit: homines magni ꝟtute. Ex hoc em̄ dicti sunt virtute magni: quia fuerūt in virtutibꝰ copiosi. Unde ipoꝝ conuersatiōe copiosa potest itelligi quod scribit Eccli. xliij. homines diuites in in virtute pulcritudinis studiū habētes: isti in generatōibꝰ gentis sue gloriam adepti sunt: ⁊ in diebꝰ suis habētur in laudibꝰ. In quibꝰ verbis sapiens primo ostēdit ꝙ isti gloriosi martyres fuerunt in meritis copiosi: cū dicit eos diuites in virtute. Sola em̄ opa meritoria ⁊ deo grata vere diuitie sunt dicende: ⁊ a nobis feruenter appetende. Sunt em̄ saporose: quia mentem delectabiliter reficiūt. Sūt copiose: quia mentis egestatem excludunt. Et sunt fructuose: quia ad beatitudinē eternā ꝓficiūt. Sz ecōtra diuitie terrene sunt displicibiles: qꝛ cito deficiūt. Sunt ⁊ inanes: quia mentem reficiūt. Sūt detestabiles: qꝛ mētem peccatis inficiunt. Nam quia diuites huius mūdi ex cupiditate semper egent ⁊ esuriunt. ideo nō diuites sed pauperes sunt dicendi. Unde dicit Bernar. Uere diuitie nō opes sūt sed virtutes: quas secū ꝯscientia portat: vt in perpetuū diues fiat. Cui consonat quod dicit Grego. Sole diuitie vere sunt: que nos virtutibus diuites efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis: veras diuitias amate. Si culmen veri honoris queritis ad illam celestem gloriam quantotius properate. Uera em̄ gloria est que nulli prestat indigno. Secūdo ostendit ipos in moribꝰ speciosos: cum dicit: pulcritudinis studium habentes Non em̄ isti gloriosi martyres studebant vt abundarent diuitijs/vt redūdarent delitijs: sed potius studebant orationibꝰ ⁊ vigilijs p̄dicationibus ⁊ ieiunijs. Et hoc ꝓpter tria. Primo vt placarent deū. Secūdo vt edificarēt ꝓximū. Tertio vt sibijp̄is comparent regnum. Et in his ꝯsistit studiuꝫ bonoꝝ hominū. quia ad aliud nō intendunt nisi vt placent deum: ⁊ vt edificent ꝓximū: ⁊ sibijpsis accumulēt meritum. Tale studium habuit Augustinus cum diceret. Domine sanctuꝫ opus semper in me spira/vt cogitem: compelle vt faciam: suade vt te diligam, confirma me vt te teneam.

custodi me vt te nõ ꝑdã. Tertio ostẽdit ipos in populo gloriosos: cum dicit: ꝙ isti in generationibꝫ suis gloriã gentis sue adepti sunt. Et hoc rõnabiliter. Habuerũt em̃ copiã meritoꝝ et refulgẽtiam miraculoꝝ. Fuerũt em̃ magni doctores eccl'ie: sed nunc sunt ciues celestis glorie. Et iõ digni sunt vt a nobis deuotis laudibꝫ attollant Eccl'i. xliiij. Laudem⁹ viros gl'iosos ⁊ parentes nostros. Hec aũt laus (vt dicit Bern̄. sup Canti.) debet fieri cũ sinceritate fida: deuotiõe sollicita: hilaritate grata. Nõ aũt iocũditate dissoluta. qđ est ꝯtra illos q̃ in festiuitatibꝫ sanctoꝝ choreis ⁊ lasciuis ludis intendũt. in q̃ magis deũ ꝓuocãt: nõ aũt sanctos honorant. L ¶ Secũdo ex eoꝝ doctrina catholica ostenditur ipoꝝ predicatio salutaris: cum dicit/nũciantes in populis dignitatẽ ꝓphetarũ. h̄ est: veritatẽ diuinaꝝ scripturaꝝ. Ipe em̃ a beato papa Clemẽte cũ duobꝫ socijs vita ⁊ doctrina clarissimis Rustico ⁊ Eleutherio ad predicandũ fidem chr̄i i Franciã missus fuit. vbi Parisi⁹ ꝟbum salutis cũ predictis suis socijs ardentissime p̄dicauit: ⁊ maximã partẽ populi ad fidẽ cõuertit. ¶ Potest aũt dici ꝙ sua doctrina ex tribꝫ ostendit salutaris. Primo: quia radio sue doctrine totam ecclesiam mirifice illustrauit. Secũdo quia errores ꝯtra fidem insurgentes magnifice ꝯfutauit. Tertio: qꝛ om̃es secũ ꝯuersantes exemplo sue sanctitatis viuifice edificauit. ¶ Primũ patet. Nam ipe per libros quos scripsit ⁊ ꝑ p̄dicationẽ quã feruẽt exercuit ecclesiã dei singulariter illustrauit. reserando nobis occulta mysteria tam de ordinatione hierarchie eccl'iastice q̃ etiam celestis. Unde de h̄ põt gloriari assumẽs illud Eccl'i. xxiiij. Ego sapientia effudi flumina. Et bñ dicit flumina pluraliter. quia q̃cq̃d ꝑtinet ad ꝯsciẽtie puritatẽ: ad moꝝ reformationem: ad ꝟtutũ crementũ ⁊ dilatationẽ: ⁊ ad diuine dulcedinis ꝯtemplationem: hoc totũ in sua doctrina lucidissime comprehendit. Et ideo merito sibi congruit quod scribitur Esaie xlij. Dedi te in fedus populi mei: ⁊ in lucem gentiũ: vt apires oculos cecoꝝ ⁊ educeres de captiuitate vinctũ: ⁊ de domo carceris sedentes in tenebris. ¶ Scdm̃ patet. Nam ipe hereticos gladio ꝟbi dei necauit. ⁊ errores contra fidei veritatem insurgentes apertissime ꝯfutauit. Et ideo bñ figurari potuit per Josiaz: de quo scribit. iiij. Regũ. xxiij. ꝙ figuras idoloꝝ ⁊ abominatiões q̃ erant i terra Juda ⁊ hierusalem abstulit: vt statueret verba legis. Josias interp̄tat incẽsum domini. ⁊ bene signat btm̃ Dionysiũ: q̃ totus fuit igne charitatis ⁊ zelo fidei succensus: ⁊ seip̄m deo in sacrificium obtulit. quia totũ cor suũ in legis diuine meditatione totã linguã in fideliũ eruditione: ⁊ totam virtutẽ suam in fidei defensione ⁊ ꝟtuosa opatione deo obtulit in sacrificiũ. Hic figuras idoloꝝ ⁊ abominatiões abstulit. qꝛ versutas calliditates hereticoꝝ ꝑ veritatem fidei cõfutauit: ⁊ rõnes phantasticas tanq̃ q̃dam idola cõminuit et ꝯfregit. ¶ Tertiũ patet. Nam ab ipo tantus decor ꝟtutum resplenduit: ꝙ omnes eũ videntes ⁊ secum ꝯuersantes ꝟtutum exemplis mirabiliter edificauit. Et ideo ꝓpter sue ꝟtutis exemplaritatẽ gratiosam nõ incõgrue sue ꝟtutis habitus figurari potest ꝑ illaz vestem Aaron in qua erat tot⁹ orbis terraꝝ descript⁹. ⁊ parentũ magnalia in quattuor ordinibꝫ lapidum erant sculpta. Descriptio toti⁹ orbis desig̃t

vniuersalē decorem omīs virtutis qua beat⁹ dionysi⁹ excellēter ornatus fuit. Parentū vo magnalia que in q̄tuor ordinibo lapidū erant sculpta possūt denotare excellentiā q̄tuor vtutū: in quibo beat⁹ dionysi⁹ oēs alios patres eccle excellebat: videlz in humilitate z sapiētia/in paupertate z obediētia. Quia salua pace z reuerētia aliorū in dictis q̄tuor excellētijs virtutū nullus sibi similis iuenit. D ¶ Tertio ex ipsoz p̄sentia corporali notatur ipsoz reuerētia paternalis/cū anne/ctitur: imperātes imperanti populo. Et hoc cōuenienter. Jure em̄ paternalis auctoritatis beat⁹ dionysi⁹ z eius socij debēt specialiter imperare populo gallicano: licet cunctis fidelibo auctoritatē habeāt imperādi. Cui⁹ rō ē: Quia lz oīes sancti martyres qui p fide vsq; ad mortē decertauerūt sint in toto orbe terraz a cunctis fidelibo venerādi: ab illis tamē precipue quos ad fidē christi per p̄dicationē euangelij genuerūt: z inter quos signis/exēplis z miraculis claruerē. Potest autem dici q̄ beato dyonysio cōperit auctoritas principādi p̄ter tria que cuilibet principi z plato conuenit suū populū salubriter gubernanti. Habuit em̄ primo prudentiam ad cognoscendū. Secūdo clementiā ad miserēdū. Tertio iusticiā ad decernēdū. ¶ Primū patet. Tante nanq; fuit prudētie in docēdo z etiā in regēdo/q̄ cuilibet morbo sciebat congruū remediū applicare. Quē modū apte docet Cassiodorus dicēs: Feroces discretiōe p̄mendi sunt: dolosi caute circūueniēdi: simplices z benivoli sub lenitate tractandi sunt. Et ideo vbiq; necessaria inuenit prudētia: quia rebus oīibo adhibere videt accōmoda. Vñ de beato dionysio congrue potest intelligi qđ scribit ij. Reg. xxij. David sedēs in carbedra princeps sapientissimus inter tres. Et bene dicit/inter tres: cum em̄ triplex sit principatus: videlicz monasticus/yconomic⁹ z politic⁹. Ille est sapiens qui principatū p̄prie conscientie bene regit virtute monastica. Sapientior aūt qui suam familiaz bene regit virtute yconomica. Sapientissim⁹ autē dicitur quādo p̄incipatū reipublice bene regit virtute politica. Quod optime fecit beatus dionysius: qui terrā gallicanā ad fidē cōuertit: et eos in amore dei sanguine p̄prio confirmauit.

¶ Secundū patet. Tante nanq; clementie fuit beatus dionysius q⁹ viscera sue compassiōis ad oīes generaliter exp̄endit: dicēs cum apostolo: Quia infirmat z ego non infirmor. ij. Cor. xj. Hanc autem clemētiam maxime ostendit in suppotādis miserijs afflictorum/in consolandis mestitijs oppressorum/z in remittēdis iniurijs sibi indebite irrogat⁹: p quibus exēplo christi deuotissime orabat. ¶ Tertium patet. Fuit enim veritatis z iusticie feruentissim⁹ emulator: et ideo conuenienē potuit dicere illō Job. xxvij Justiciam quā cepi tenere non deseram. Quia p ea vsq; ad mortē viriliter decertauit. Unde quia sic fructuose suos subditos gubernauit: et eis tot bona exempla edificationis reliq̄t: ideo a christo audire meruit: Veni dilecte meus ad me: quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Et ideo beato dionysio z eius socijs bene conuenit illud Job. xxxix Complebunt in bonis dies suos/et annos suos in gloria. Quam gloriā nobis concedat tē.

¶ De sancto Dionysio Sermo tertius

Et in ordine. CLIIII.

Homo cuz in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis insipiētibus: ⁊ similis factus est illis. in pñ. A ¶ In quo status humane penalitatis ⁊ miserie declarat. Sup quo ꝑbo dicit Bern. Heu tristis ⁊ lachrymosa mutatio: vt homo paradisi accola: terre dñs: celi ciuis: domestic⁹ dñi sabaoth: frater beatoꝝ spirituū/ ⁊ celestiū coheres virtutū: repentina se cōuersione mutauit in pecorinā silitudinem indigentē feno: ⁊ in feritatē indomitaz alligatā presepio. Sed ille qui nō continet in ira sua miscēdias suas/ adhuc non destitit hoi misereri. Propter qd ꝑ nostra salute ille qui est panis angelorū factus/ est fenū posit⁹ in presepio: vt sic nobis tanq̄ iumentis alimentū prestaret. Cibus enim hoīs mutauit se in pabulū pecoris homine prius mutato in pecus. B ¶ Ad cuius pleniorē euidentiā est sciendu ꝙ in lapsu p̄mi hoīs/ homo de honore ⁊ gloria in qua creatus ē cecidit in ignominiaz: de copia in miseriam: de gaudio in dolorē ⁊ penam. Nam oēs hoīes ante statū peccati fuerūt īmortales: angeloꝝ ciues: ⁊ oīm reruz dñi ⁊ possessores. Sed post pctm̄ omnes hoīes facti sunt mortales: qꝛ omnibꝫ respondet terra cinerosa ꝑ vite principio: miseria dolorosa ꝑ vite medio: et mors horrenda ꝑ vite termino. quoꝝ origo fetor: vita dolor: ⁊ finis horror. Quorū vt dicit Bern. conceptus est culpa: nasci miseria: viuere pena: mori angustia. Vñ idē Ber. sic scribit ad Eugeniū papā. Uide vñ venerꝭ ⁊ erubesce: vbi es ⁊ ingemisce: quo vadis ⁊ contremisce. Talis igitur cōsideratio qua homo ꝓpriā naturā: presentē gloriam: ⁊ suā parentelā considerat: quā exprimit Job. xvij. Putredini (inqt) dixi pater me⁹ es: mater mea et soror mea vermibus. Merito ipsum in sui humilitatē ⁊ mundi cōtemptū inducit: que sunt principiū vite sancte ⁊ pignus salutis eterne. ¶ Sed proch dolor multi huius cōditionis ignari nō hoīes/ sz crudeles bestie dici possunt. Quos euidenter ⁊ ꝓprie describit Daniel. vij. c. ita dicēs. Uidebam inquit in visione mea: ⁊ ecce quattuor bestie grandes ascendebāt de mari diuerse inter se. Una quasi leena ⁊ alas habebat quasi aquila: ⁊ super pedes quasi homo stetit. Et ecce alia bestia simil' vrso: ⁊ tres ordines dentium erant in ore ei⁹. Et ecce tertia bestia quasi pardus. ⁊ ecce q̄rta bestia terribilis ⁊ mirabilis nimis. He nāq; quattuor bestie designāt conditionē viciosam hominis per peccatū bestiali statui comparatū. C ¶ Nam prima bestia que erat quasi leena/ ⁊ habebat alas quasi aquila: aperte signat superbiaz humilitati contrariaz. In qua proch dolor hodie multi habentes clerici/ laici/ et religiosi ex defectu considerationis sui. Leo em̄ est rex animaliuz: Aquila vero pre ceteris volat in altū: sic homo superbꝫ semper ⁊ vbiq; querit in omnibꝫ dominari et ceterꝭ ante ferri: nullum sibi equalem estimans: ⁊ ideo pre omnibꝫ ⁊ ab omnibꝫ desiderat honorari. Istis alis aquile. i. mentis superbe/ non volatur ad sublimitatem glorie angelorū: sed magis deprimunt deorsum vsq; ad penā damnatorum. Si em̄ superbia ip̄m Luciferum qui fuit lucidissimus ⁊ splendidissimus angeloꝝ sic detraxit in ꝓfundum inferni: vbi credis ꝙ demerget putridum vermiculum se inflan-

tem. Nō solū autē hec bestia habebat alas vt aq̄la: sed in corpore erat quasi leena: in q̄ feritas ip̄ius superbie designatur. Hic leo ē homo superbo qui rugit cōminādo. Seuit aūt morsus opprobrioꝝ ⁊ cōuitiorū vulnera inferendo. Rapit ꝟo ⁊ opprimit innocentes homines iniuste opprimendo/et pecuniam ab eis indebite extorquendo. De hoc leone. i. homine superbo: i bestialem feritatem ꝑ elationē mutato/scribit Ezechiel. xix. Leo fact⁹ est ⁊ didicit cape predas ⁊ homines deuorare. D ¶ Sed est sciendū: ꝙ ad hanc bestiam ꝓsternendam sunt tria remedia potissima. Primū est cōsideratio ꝓprie vilitatis. Qui em̄ attēdit sue nature originem/ꝙ est sterc⁹ immūdū. ⁊ vite p̄ñtis miseriam: q̄ nascimur cū dolore: viuimus cū labore: ⁊ morimur cū merore. Et ꝙ de vtero matris homo egredit nud⁹/pauper/miser/⁊ miserabilis. dolens ꝙ homo sit: plorans ꝙ miser sit. Et hec vera ē scientia demonstratiua q̄ salubrit̄ homini superbo demonstrat ex ꝓprie nature vilitate ꝙ debeat esse humilis et nō superbo. Nam sicut dicit Bernardus. Humilitas ē virtus qua homo verissima cognitiōe sui/sibimetip̄i vilescit. Et ideo dicit ꝙ sola virt⁹ humilitatis est lese charitatis reparatio: ⁊ per cōsequēs totius superbie eneruatio. ¶ Secundū est cōsideratio trāsitorie vanitatis. Omnia em̄ de quibꝫ gloriamur in presenti siue sit scientia siue potentia: siue fortitudo: siue pulcritudo: siue parentuꝫ nobilitas: siue diuitiarum copiositas: Omnia illa in momento euanescunt: ⁊ transeunt velut fumus. quia in morte putrescit tua pulcritudo. prosternetur tua fortitudo. Tūc commutabis nobilitatem parentū in vilitatem vermiū. q̄a putredo erit mater tua: ⁊ vermes sorores tue. Paꝝ em̄ durāt ale suꝑbie: quia in morte cadēt plume iactantie: euellent̄ ale superbie. Ideo scribit̄ in Daniele. Aspiciebā donec euulse sunt ale eius: ⁊ sublata est bestia de terra. Tertium est ꝯsideratio districti iudicij ⁊ eterne penalitatis. quādo iudex iustus dicet malis: Ite maledicti in ignē eternū: q̄ parat⁹ est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Matth. xxv. Ubi dr̄ Bern̄. Qui sputas tūc meror erit: q̄s luctus q̄ tristicia: cū sepabunt̄ impij a ꝯsortio btōꝝ: ⁊ a visiōe dei. Cuius carētia ſm Chryſ. homel. xxiij. sup Mat. tāta pena est ꝙ mille gehēne illā amaritudinē eq̄pare nō possent. Ibi em̄ erit dolor intolerabil̄: fetor incōpabilis: timor horribilis: mors aīe ⁊ corpis. sic dr̄ Grego. i mor̄. Ibi horrēdo mō fit mors miseris sine morte: finis sine fine. ⁊ atroci⁹ in tormentis obruit̄ q̄ hic altius ꝑ suꝑbiā eleuat̄. ⁊ q̄si ꝑ amena prata ad penas ꝑpetuas trāsit: q̄ per mētis elationē ⁊ p̄ñtis vite ꝓsperitatē ad dānationē ꝑpetuā tēdit. Dicunt em̄ h̄ vt dr̄ Job. xxj. Cōplebūt i bonis dies suos: ⁊ i pūcto ad infernū descēdūt. A q̄ nos custo. ⁊c.

¶ De eodē sermo q̄rt⁹
Et in ordine. CLV.

Viso quomodo prima bestia sit prosternenda ex ꝯsideratione ꝓprie vilitatis Restat ostendere quomodo secūda bestia sit ꝓsternenda ex consideratione humane dignitatis. que ostēditur in hoc ꝙ homo factus est ad imaginē ⁊ similitudinē dei p̄ ceteris creatur. A ¶ Istā aūt secūdaꝫ bestiā que hominē i bestialē vitā ꝑ pctm̄ cōmutat: Daniel describit cū

subdit. Et ecce alia bestia sil'is vrso/ꝛ tres ordines dentiū erant in ore eius ꝛ sic dicebāt. Surge comede carnes plurimas. Notate ꝟba/signate mysteria. Vrsus ad lr̄am est anīal gulosum ꝛ mellis dulcedinē diligit. Ista bestia gulosa īmoderate diligēs dulcia/est carnis īmūdicia siue luxuria. Tres ordines dentiū in ore huiꝰ bestie/sunt tria q̄ illud pctm̄ cōplectit. videlicꝫ cogitatio pctm̄ inchoans: cōsensus pctm̄ opans: ꝛ opatio peccatū ꝯsūmans. Ipsa em̄ inordinata cogitatio mentē inficit: ꝯsensus interficit sed opus ꝯsuetudinē inducit. Unde dicit Aug. Q ex volūtate ꝑuersa facta est libido/ꝛ dum seruit libidini: facta est ꝯsuetudo. ꝛ duꝫ ꝯsuetudini non resistit facta est necessitas. Sed aliū ꝓgressum pcti ponit Grego. dicens. Q ex cogitationis delectatiōe innascit pcti affectio: ex affectione cōsensus: ex ꝯsensu opatio: ex opatione ꝯsuetudo: ex ꝯsuetudine desperatio. ex desperatiōe pcti defensio/ex defensione gl'iatio. quia gl'iant cū malefecerint: ex gl'iatione eterna damnatio. Primus g̃ ordo dentiū huiꝰ abominabil' bestie est praua cogitatio ꝛ praua delectatio q̄ mens inficit/ꝑ quaꝫ cibꝰ iste venenosꝰ q̄si inter fauces recipit: ꝛ nisi statim expuat ꝓculdubio mortē inducit: qꝛ talis morosa delectatio pctm̄ ꝑficit/vt dicit Aug. Secundus ordo dentiū est ipse ꝯsensus in delectatiōe pcti/q̄ non solū aniam inficit: sed interficit. Nam ꝑ ꝯsensuꝫ venenū illud mortiferū q̄si in ventrē traijcit. Ex quo statim aīa ꝑfecte moritur. Ido dixit saluator Matth. v. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscendā eam. i. eo anīo vt ꝯcupiscat: iā mechatus est eā in corde suo. quia tali nō deficit peccandi volūtas/sed solū oportūitas. Tertiꝰ ordo dentiū ē ip̄ꝫ opꝰ nefariū/ꝑ qd̄ illd̄ venenū mortale q̄si in naturam vertit: quia ex vsu praui opis ꝯsuetudo execrabil' generat. Et ꝑ istos tres ordines dentiū hec maledicta bestia pl'imos deuorat de q̄libꝫ statu hoīm. Ido dictū fuit illi bestie: surge comede carnes pl'imas: hoc est homies carnalit' ꝛ bestialit' viuentes in fetore luxurie. Hos em̄ fetidos homines ꝛ carnales deuorabūt in inferno serpētes ꝛ demones/vermes ꝛ ignes. De p̄mo Deut. xxxij. Dentes bestiarū īmittam in eos cū furore trahētiū sup terrā atqꝫ serpentiū. De scdo Judith vltio. Dn̄s om̄ipotens vindicabit in illis in die iudicij: dabit eī ignem ꝛ vermes in carnes eoꝝ vsqꝫ in sempiternū. De talibꝰ homibꝰ bestialibꝰ dt Joel. ij. q iumēta ꝯputruerūt in stercore suo. vbi dicit Grego. Jumēta in stercore suo putrescere est carnales hoies in fetore luxurie vitaꝫ finire. B ¶ Ad hanc autem bestiam ꝓsternendā potissime valet cōsideratio hūane dignitatis q̄ sumit ex impressione diuine imaginis. et hoc ꝓpter tria. Primo qꝛ ꝑ impressionem huiꝰ imaginis sola natura rōnalis ē capax btitudinis/et ꝑ eam naturali dignitate distinguit ab om̄ibꝰ rebus creatis: quas naturalit' supgreditur. ¶ Scdo qꝛ ꝟtute illiꝰ imaginis natura rōnalis disponit et ꝑficit ꝟtuali sctitate: q̄ consistit in quadā mundicia mentis ꝛ corpis/sine qua non pōt hō in dei filiū adoptari/ꝛ ꝑ gr̄am decorari: aut ꝑ gl'iam coronari. ¶ Tertio qꝛ ꝑ hanc imaginē/virtutū decore ornatam hō ab alijs hoībꝰ discernit quadā spūali ꝯformitate. Oportet em̄ in illa ciuitate supna mēbro suo capiti ꝑfectissime ꝯformari. Et ꝑ hanc ꝯformitatē q̄ vitā chr̄i ꝟtuosis

actibꝰ imitātur/ ipsi electi in extremo iudicio a reprobis discernent/ qñ illa formidanda q̄stio ore dñico cunctis ī iudicio ꝓponet. Cuiꝰ ē hec imago ⁊ suꝑscptio? Huic q̄stiōi iusti cū gaudio rñdebūt. Dñe Jesu chr̄e hec imago tua est: qꝛ tibi ꝯsignata in creatōe ꝑ te renouata in redemptiōe: tibi conformata in imitatiōe: sed ipi impij arguēte ꝯsciētia: allegante iusticia: tūc cuꝫ fletu dicent. Justissime iudex hec est imago ꝑ te creata. ꝑ nos deformata ⁊ a te ꝑpetue reꝓbata. Quā rñsionem iudex exequet ⁊ dicet. Ite maledicti in ignē eternū ⁊c. L ¶ Nūc restat videre de tertia bestia in q̄ hō ꝑ petm̄ deformat: quā ꝓpheta sic describit. Ecce tertia bestia q̄si pardus ⁊ alas habebat q̄ttuor ⁊ q̄ttuor capita. ⁊ ptās data est ei. Per hanc bestiā ꝯgrue figurātur studentes curiosi ⁊ hoīes ambitiosi: q̄ laborant vt attingant aliquē gradū dignitatꝭ ⁊ eminētie: qđ ꝑ caput itelligit: eo ꝙ caput sit eminētior pars aīalis. Quattuor ale sunt q̄ttuor intentōnes ꝑuerse/ quibꝰ volant ꝑ desideriū ⁊ conatuꝫ vt possint assequi qđ intendūt. Quidā em̄ student ⁊ laborāt vt ꝓsint. Quidā vt p̄sint. Alij vt domient. Alij vt honorentur. Primi volant alis aquile vt possint celeste brauiū obtinere. Secundi volant alis herodij/ vt possint honores ⁊ diuitias obtinere. Tertij volant alis vulturis vt possint cadaueribus ⁊ delicijs se implere. Quarti volāt alis pauonis vt possint caudaꝫ sue pulcritudinis alijs oñdere. Oim autē istoꝝ volatus/ nō est sursum ad celeste p̄mium/ sed potius deorsum: quia ducit ad infernale supplicium. Sola autē gemina ala/ charitatꝭ dei scꝫ ⁊ proximi volat sursum: qꝛ ꝑtingit ad eterne felicitatis brauiū. D

¶ Ad hanc autē bestiam. i. bestialeꝫ vitam ꝓsternendaꝫ multum valent tria remedia. Primum est ꝯsiderare breuitatē p̄sentis vite/ que est quidā vapor ad modicuꝫ parens. qui cum trāsierit nullū vestigiū sui relinquit. Post hanc em̄ vitam/ quid ꝓfuit in anis gloria/ quid breuis leticia/ quid mundi potentia/ quid carnis voluptas: quid false diuitie: quid magna familia? Hec em̄ oīa vt dicit Bern̄. vana sunt et subito transeunt velut vmbra. ¶ Scđm est considerare fallaciā mūdane glorie/ de qua sic dicit Bern̄. Fallax mundi gloria digne respuitur: q̄a subito tanq̄ flos feni arescit. Et cum hocipso eius status qualiscūq̄ fuerit certe plus habet anxietatis q̄ꝫ iocūditatis. Dum vendicas quod nō habes: dum litigiose defendis qđ habes: dum semꝑ plura ambis q̄ꝫ habes. Que ergo requies? q̄ cōsolatio in hac gloria tua que plus hꝫ anxietatis q̄ꝫ iocūditatis. ¶ Tertium est feruenter appetere suauitatem dulcedinis diuine. De quo dicit Bern̄. ꝙ gustato spiritu dei/ necesse est carnē desipere. Affectanti em̄ celestia: terrestria nō sapiunt ⁊ eternis inhianti: fastidio sunt trāsitoria. E ¶ Nunc restat videre de quarta bestia que ꝑm descriptionē Daniel fuit terribilis atq̄ mirabilis ⁊ fortis nimis: dētes ferreos habebat: ꝯterens ⁊ cōminuēs: ⁊ reliqua pedibus suis cōculcans. Per istam bestiā ꝑm glosam intelligitur voluntas obstinata in malo. Unde huic bestie nomē speciale non imponit: quia hoc peccatū omne malum complectit: De hac bestia dicitur ꝙ erat terribilis: mirabilis ⁊ fortis. Quia obstinata: volūtas est terribilis deformitate: quia nullā feditatē peccati abhorret. Et est mira

bilis ferocitate: quia nec expauescit formidabilē dei sententiā: nec incertā mortis horam: nec interminabilē infernī penam/ q̄ ꝓpter hoc a peccō resipiscat. Est etiā ista bestia fortis malignitate: q̄ nec p̄dicatione corrigitur nec diuina inspiratōne ꝙuertit. Nec cor suum amore celestis patrie emollitur: nec timore infernalis gehenne concutit. Dicitur etiā habere dentes ferreos ꝓpter obstinationē in malo et inflexibilitatē ad bonum: q̄ istis dentibus cōterit q̄ abiecit oēm inspirationem diuinā: cōminuit et annihilat omnē gratiā q̄ pedibus sue desperationis cōculcat: q̄ premit eternā gloriam. Et ista voluntas obstinata in malo fm Bern̄. est cor durū q̄ impenitentis: qđ nec ꝙpunctione scinditur nec pietate mollitur: nec monet precibus: nec minis cedit q̄ flagellis indurat. F ¶ Ad banc bestiam ꝓsternendā tria sunt remedia quoꝝ nullū haberi potest nisi de profundo miserationis diuine: homini obstinato q̄ peruerse voluntati diuinitus largiatur misericordiē. Primū cōsistit in ꝓfecta penitudine peccatoꝝ in quo appareat mira clementia diuine pietatis: que homini in ꝓfundo peccatoꝝ delapso: quasi contra renisum ꝓprie voluntatis dignatur manū sue misericordie porrigere. q̄ ad penitentiam reuocare. Ideo bene dicit ꝓbeta: q̄ miserationes eius super oīa opera eius. Secōm cōsistit in ꝓfecto cōrempsu p̄sentiuꝝ cōmodoꝝ in quo anima per gratiam adiuta vim facit suis naturalibus desideriis: q̄ cōtra illa contendens q̄ decertans ad que naturaliē inclinatur: q̄ sic sibimet violenter reluctādo regnum celoꝝ quasi violēter rapit: vt sic verificet illud Matth. xj. Regnum celoꝝ vim patitur q̄ violenti rapiūt illud. ¶ Tertium cōsistit in feruido desiderio celestium premioꝝ: ad que quicūq; feruenter afficitur: tali necessario despicit oīnia suauitas: que in rebus creatis inuenitur. Quia sicut dicit Gregorius. Ille solus nouit in temporalibus nihil esse: qui nouit eterna veraciter estimare. Primum istoruꝫ remediū consequimur per vocationē timoris quo nobis horror extremi iudicij diuinitus incutitur. Secōm consequimur per iustificationem amoris quo solum in rebus diuinis q̄ celestibus delectamur. Tertium ꝙsequimur p̄ spem glificationis qua futuram beatitudinem certissime p̄stolamur. Qđ nobis prestet.

¶ De Translatione sancti Augustini Ser. pal. Et est in ordine. CLVI.

ECce odor filij mei. sicut odor agri pleni cui benedixit dñs Gen. xxvij.

A ¶ Verba ꝓposita spūaliter intellecta ꝙuenienter attollunt translationem beati Augustini. In quibus sancta mater eccl'ia ipsius translationeꝫ cōmendat ex tribus. Primū est miri odoris fragrātia. Secōm est virtuose plenitudinis abundantia. Tertiū est diuine benedictionis euidentia. Et ista tria se recto ordine ꝙsequūtur Nam odoris suauitas ꝓcedit ex virtuosa plenitudine: sed ipa virtus plenitudo causatur ex diuina benedictione. Attende ergo anima christiana odoris suauitatem vt attraheris. Attende benedictionem vt eam con

sequaris. Et attende ꝓtuis plenitu/
dinē vt implearʒ. Propē ꝑmū ꝑmit/
titur: ecce odor filij mei. Propē scōm
subdit/sīc odor agri pleni. Sed ꝓpē
tertiū annectit/cui bñdixit dñs. Pri
mū g̃ qō hāc ꝑclarā festiuitatē attol/
lit/ait miri odoris fragrātia q̃ etiā cō
mendabil' reddit ex tribꝰ. Primū est
euidētia demonstrationis q̃ notat in
aduerbio/ecce. Scōm excellētia vir
tualis pfectōnis. Que notat in odo/
re. Tertiū est ꝑminētia filiationis/q̃
notat cū singulariē adiūgit. filij mei.
B ¶ Circa primuz est sciendum/q̃
ꝙuenienter hic vtitur aduerbio de/
monstrādi triplici rōne. Primo qui/
dē ad exꝑmēdū admirationē z euidē/
tiā tanti miracli. Q̃ eīm de ossibꝰ na
ture incineratʒ z q̃si in puluerē reda/
ctis tam suauis odor ꝓcedat/q̃ oīm
aromatū odorē ꝑsuper q̃lis ꝓcessit de
ossibꝰ bri Augustini: cuz eleuaret de
tumulo/qñ sacrū corpus eiꝰ transla
tū est a Sardinia in Papiā. hoc ne/
cessario supnaturali miracl'o attesta
tur. Scōo hoc fit ad notādum certi
tudinē rē incredibil' facti. Et sic acci
pit Luc.j. cū dicit. Ecce ego ꝙcipiet z
pariet filiū. q. d. indubitanter z certitu
dinaliꝰ ō fiet. Tertio hoc fit ad signi
ficandā euidentiā tam singl'aris pre
conij: z sic accipit illō Apo.xxij. Ecce
venio cito: z merces mea mecū est: ꝺt
dñs dare vnicuiq; scōm opera sua.
¶ Circa scōm est sciendū/q̃ excellē
tia siue virtualis pfectionis euidenē ex
ꝑmit in effusione tam suauis z mirifi
ci odoris. Ad cuiꝰ euidentiā est scien
dum/q̃ virtualis pfectō bri Augu/
stini refudit m'triplicē suauitatʒ odo
rē. Primo quidē in mūdo. Scōo in
celo. Tertio in tumlo. ℒ ¶ Pri/
mum ptz. Nam in mūdo refudit tri/
plicē odorē. Primo quidē odorē sctē
opatōnis in vita ꝓtuosa. De hoc pōt
intelligi qō scribit Lañ.iiij. Odor ve
stimentoꝝ tuoꝝ sīc odor thuris. Nā
p vestimēta ꝺm glosaz signāt opa iu/
storꝝ: quibꝰ debēt vestiri pfecti docto
res vt bñ qō doceant ꝓbo impleāt ex/
emplo. Et sicut sunt q̃dam vestimen
ta q̃ tegunt tm̃: alia aūt que tegunt z
calefaciūt: sed nō ornant sīc vesti/
mēta religiosoꝝ. Alia ꝓbo que tegunt
calefaciūt z ornāt: Jta sunt quedam
opa bona q̃ tegunt tm̃/sed nihil vel
modicū faciūt p charitatʒ feruorem:
Sicut opa necessarie satisfactionis.
Nec ipsos operantes: nec alios in/
flāmant p charitatʒ feruorē. Alia sūt
opa q̃ tegunt z calefaciūt sed non orꝰ
nant q̃ ad alios: sicut sūt opa supero
gationis. q̃ faciūt illi qui sunt in bere
mo z in latibulis ꝓstituti: q̃ ꝓcedūt q̃
dem ex feruore charitatʒ quo ad ipos
opantes: sed non ornant. i. edificant
alios: qa latent z in absconso fiunt.
Alia ꝓbo sunt opa que tegunt calefa/
ciūt z ornant: sicut sunt opa supero/
gationis q̃ fiunt in ꝙspectu fidelium q̃
exinde edificanť z interius ornanť qz
ad filias ꝙuocanť. De talibꝰ scribit p
uerb. vl. Stragulatā vestē fecit sibi
byssus z purpura indumētū eiꝰ. Ta
lia aūt opa ꝙuenienter ꝙpanť odori
thuris. Quia sicut supmū qō erat in
mensa ꝓpositionis fuit thus. Qō pōt
q: sup mensaz illā primo erant panes
sup panes erant patene/sup patenas
erat thus. Jta supma oblatio q̃ fit in
ecclia/est opus bonū/et vera charitʒ
tate elicitū. Qō ptz. Nam p panes il/
los signat sapiētia/p patenas eloquē
tia. Per thus ꝺbo signat bona opa ex
charitate informata. Scōo refudit
odorem celestis sapiētie in doctrina
luminosa. De hoc pōt intelligi qō scri/
bit Eccli.xxiiij. Ego quasi liban' va/

poraui odorē. Ubi est notabiliter ad uertendū. Q. odor celestis sapientie ꝑ luminosaꝫ doctrinā nō euaporat nisi de libano. Libanꝰ interp̄tat̄ decandidatio: ⁊ signat mentem puram ab omni fetulentia praue cogitatiōis: et inordinate affectionis depuratam: a qua dulciter ⁊ sapide euaporat odor celestis sapientie ⁊ luminose doctrine Unde de tali doctore qui talem doctrinam profert scribit̄ Cañ. iiij. Fauus distillās labia tua: mel ⁊ lac sub lingua tua. In quibꝰ verbis ꝑm Origenem innuit̄ quales debent esse doctores quo ad corpus: quo ad corda: ⁊ quo ad verba. Debent esse pleni castitate quo ad corpora: vt possint dicere illud Ecc̄i. xxiiij. Quasi balsamū non mixtū odor meus. Itē debēt esse repleti dulcedine: quo ad corda: quia secura mens q̄si iuge cōuiuiū. Et replentes alios abundātia doctrine q̄ ad verba. Fauus em̄ ꝑm Orige. est cera virginea dulcedine mellis repleta ⁊ signat mundiciā castitatis ⁊ repletionem spiritualis dulcedinis. Talia autē labia predicatoris debent istud mel spiritualis dulcedinis distillare ⁊ nō solum effundere. Quia ꝑm glo. Sic nō semꝑ expedit p̄dicare aspera ita nec dulcia. Sꝫ ista sunt sibi ordinate ꝑmiscenda: vt ꝑ asperitatē exerceant pigros: ⁊ ꝑ dulcedinē afficiant deuotos. E ¶ Tertio effudit odorem mirabilis deuotiōis in ꝯscientia amorosa. De q̄ ip̄emet loquit̄ in li. cōfes. dicens: Intromitt̄ me q̄nq̄ in tā inexpertam dulcedinē que si ꝑficeret̄ in me/nescio quid erit. vnum scio/ꝙ vita ista nō erit. Et ꝺ hoc potest intelligi qꝺ scribitur Cañ. iij. Que est ista que ascendit sicut v̄gula fumi ex aromatibꝰ mirrhe ⁊ thuris. In quibus verbis innuit̄/ꝙ ista deuotio cōsurgit ex tribꝰ. Primo quidē ex feruida mentis eleuatiōe q̄ intelligit̄ ꝑ virgulam fumi que in altuꝫ erigit̄: ⁊ signat mentis rectam intentionē que in deū dirigitur. Secūdū ex omniū virtutū aggregatiōe: in quibꝰ odor suauis deuotionis respergit̄. Tertio ex carnis mortificatiōe: que quanto magis spūali disciplina reprimit̄: tāto mens suauiꝰ in diuina dulcedie delectatur.

F ¶ S. ꝺo beatꝰ Aug. in celo refudit triplicē odoreꝫ. Nā inter apl̄os respersit odorem voluntarie paupertatis ꝑ vitam apl̄icam quā elegit ⁊ instituit. Inter martyres respersit odorem voluntarie penalitat̄: quia volūtatē ꝓ fide patiendi indesinenter habuit. Unde de ipso canit̄: O martyr desiderio ⁊c. Inter ꝯfessores ⁊ virgines respersit odorem ꝯtinentie ⁊ celestis sctimonie: quam ⁊ verbo docuit ⁊ opē seruauit. Fuit em̄ totus castitatis amator: vnde non ꝑmittebat ꝙ soror sua carnalis cum nepte sua q̄ tm̄ ambe deo seruiebāt: ip̄m crebro visitarent. Ex quo ptꝫ quantū odorem et nitorem ꝯtinentie dilexerit: vnꝺ recte potuit dicere illud Job. xxxj. Pepigi fedus cū ocl'is meis: vt nō cogitarē q̄dē de virgine. G ¶ Tertio beatꝰ Aug. refudit mirabilē odorē sensibilē de tumulo. cuiꝰ excellētia ptꝫ ex tribus. Primo q̄dē rōne q̄litatis: q̄ talis odor ita suauis nusq̄ē visus sup terrā: vtpote quē nō de terrenoꝝ aromatū: sed celestiū virtutū p̄ciositate ille celest̄ pigmētariꝰ ꝯfecerat. Scꝺo rōne quātitat̄. vincebat em̄ ille odor om̄es alios odores: imo odor thuris ⁊ aromatuꝫ videbant̄ fetere respectu eius. ¶ Tertio rōne virtuositatis: q̄ iste odor ⁊ morbos curauit: ⁊ mortuos suscitauit. Ita fortiter etiā manibus adherebat ꝙ per lotionē manuū

non poterat aboleri. H ¶ Circa tertiũ est sciendũ/ q̃ licet om̃es fideles sint filij eccl'ie generaliter triplici ratõne. Tum q: spũaliter generati ꝑ verbũ Jaco. j. Uolũtarie em̃ genuit nos verbo ꝟtutis sue. Tum q: sacramentalit̃ regnãti ꝑ baptismũ Joan. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit denuo ex aqua ⁊ spũsctõ ⁊c̃. Tum q: in filios adoptati ꝑ spiritũ suum Roma. viij. Non em̃ accepistis spm̃ seruitut̃ iterum in timore/sed accepist̃ spm̃ adoptionis filioꝝ dei. Spẽalis tamen imo singular̃ filius eccl'ie fuit btũs Aug⁹ q: sue matri scz eccl'ie tria exhibuit/que etiã filij naturales suis matribꝰ exhibere tenentur. Primo nãq; matri eccl'ie deuotã subiectionẽ. Secundo intimã dilectionẽ. Tertio feruidam defensionẽ. Primũ patet Nã btũs Aug. non solum dicta ⁊ scripta sua/iudicio ⁊ discretioni eccl'ie deuotissime subiecit. sed etiã totã vitã suã in honorẽ dei ⁊ seruitiũ eccl'ie liberaliter expendit. Et iõ ꝯgrue sibi aptat̃ illud Luce. ij. Descendit cum illis in Nazareth ⁊ erat subdit⁹ illis. Nazareth interp̃tat̃/sctũs mund⁹: vnctus ⁊ floridus/que om̃ia btõ Augustino excellent̃ ꝯueniunt. Fuit em̃ sanctus in ꝯscientia. Quia post eius cõuersionem nullũ vnq̃ remorsuz peccati cõmisit. Fuit mund⁹ pudicicia: q: consortiũ feminaꝝ sicut venenum fugit. Fuit vnct⁹ sapientia ꝑ quã nobis diuinaꝝ scripturarũ secreta reserauit. Sed fuit floridus bonoꝝ exemploꝝ redundãtia: q: tam in dictis q̃ fact̃ nobis exempla virtutũ reliq̃t. ¶ Secundũ patz Nam tanto amore ꝑ bono statu eccl'ie inflãmatus fuit/ q̃ q̃si totus absorpt⁹ videbatur. Jta q̃ etiã nesciret ꝺ aliq̃ alio/q̃ de honore eccl'ie cogitare. Et ideo sibi verissime ꝯgruit qꝺ scribit̃ in ps̃. Zelus dom⁹ tue comedit me. Qꝺ etiã euident̃ patz ꝑ hoc/q̃ obseruãtias eccl'iasticas sacris institutionibꝰ cõmuniuit ⁊ eas rõnibus ⁊ scriptis irrefragabilibꝰ roborauit. Propt̃ qꝺ sibi a ꝓpriate congruit/qꝺ scribitur Ecc̃i. l. Ecce sacerdos magnus q̃ in vita sua suffulsit domũ: ⁊ in diebꝰ suis corroborauit templũ. Modus autẽ quo btũs Augustinus templuz eccl'ie muniuit ⁊ roborauit patz ibidem cum subdit̃ Templi etiã altitudo ab ipso fundata est ⁊c̃. In quo verbo innuit̃/q̃ status altissime paupꝛtatis que in eccl'ia hodie obs̃uat̃ a btõ Augustino fundamentũ ⁊ initiũ sumpsit. Per h̃ q̃ ipse ⁊ sui sectatores nihil ꝓpriũ habẽbant/sed more apl'oꝝ om̃ia in cõmuni retinebãt. Ut sic ab affectione terrenoꝝ mag̃ essent elongati: ⁊ in amore celestium inflãmati. Unde de ipo legitur/q̃ displicebat ei quicq̃d agebat̃ in secl'o/pre dulcedine dei. Quã etiã crebrius quadã p̃libatoria degustatione ꝑsensit. ¶ Tertiũ patz Nam fidem eccl'ie catholice studiosissime defensauit: ⁊ versutias hereticoꝝ hasta siue iaculo triplici expugnauit. s. p̃dicando/disputando/⁊ scribendo. Nam vbicũq; poterat ꝑ erroribꝰ extirpandis suam p̃sentiaz exhibebat. Ubi autẽ non poterat voce ⁊ p̃dicatione attingere illuc ꝑ scripta sua se diffudit: ⁊ sanctaz ecclesiam a nefandis erroribus defensauit. Unde sibi ꝯgruit qꝺ scribit̃. ij. Mach. xv. Accipe munus a deo gladiũ sctm̃ in quo deijcies aduersarios ꝓpl'i mei. Tale em̃ munus gratie super om̃es alios doctores eccl'ie a deo recepit/q̃ gladio verbi dei/oẽm hereticam prauitatem ab eccl'ia fugauit: imo fundit⁹ extirpauit. Et ideo sancta mat̃ eccles

sia illud p̄coniuz Judith sibi merito poterit adoptare. Benedictus deus qui ita nomen tuuz magnificauit. vt non deficiat laus tua de ore hominū Cui⁹ laudis nos ꝑti. ꝛc.

¶ Sermo secund⁹ de Translatiōe scti Augustini Et in ordine. CLVII.

SEquit̄ scd̄m principale cū subditur/sicut odor agri pleni. In quo notatur virtuose plenitudinis abundantia. Non em̄ fragrantia tanti odoris ꝓcessit ex vacuitate: sed ex virtutis plenitudine. A ¶ Ubi sciendum. Q. vtuose plenitudinis abundantia recte ꝑ plenitudinē agri intelligit̄. Quia sicut in agro materiali est plenitudo seminis germinātis: ꝛ floris pullulantis: ꝛ roris fructificantis. Sic in btō Augustino fuit plenitudo sapientie mētis dulcit̄ reficientis: Plenitudo floride eloquētie auditores suauit̄ delectantis. Plenitudo pietatis ꝛ miscdie mentez ad modum roris dulciter impinguantis et alioꝝ inopiaz releuantis. De primo potest intelligi qd̄ scribit̄ Eccī. xv. Cibauit eum dn̄s pane vite ꝛ intellect⁹ ꝛ aqua sapientie salutaris potauit illum. Qd̄ verbum exponens Grego. dicit. Sapientia diuina in diuinis libris expressa aliqn̄ nobis cibus est: aliquando potus. Cibus est in locis obscurioribꝫ qꝛ dētibus meditatiōis ꝓfunde scinditur: ꝛ tanq̄ꝫ panis vite suauiter manducat̄. Potus vero est in locis aꝑtioribus: quia sine difficultate ita trahitur/sicut inuenit̄. Hoc pane vite ꝛ aqua sapientie celest̄ beatus Augustinus ita dono dei repletus fuit. ꝙ de ip̄o non in cōgrue accipitur illud Job. xxviij. Omne p̄ciosum vidit oculus eius. Qd̄ potest referri ad diuinaꝝ emanationē ꝑsonarū. Profunda quoqꝫ fluuioꝝ scrutatus est/qd̄ potest referri ad diuinā p̄scientiā ꝛ p̄stinationē. Cui⁹ ꝓfunditatem apl's admirans dicit Rom̄. xj O altitudo diuitiaꝝ sapientie ꝛ scientie dei/q̄ꝫ incōp̄hensibilia sunt iudicia eius ꝛ inuestigabiles vie eius. Et abscondita ꝓduxit in lucem. Qd̄ potest referri ad mysterioꝝ sacre scripture clarissimaz explicationē. Que omnia nobis btūs Augustinus sup̄ om̄es alios doctores apertissime reseruauit ꝑ donū sapientie ꝛ intelligentie sibi diuinitus inspiratū. Et ideo sibi appropriate ꝯuenire potest illud qd̄ scribitur Exod. xxxj. Ecce vocaui Bezeleel. ꝛ impleui eum spiritu dn̄i: sapientia/scientia/ꝛ intelligentia ad faciendum om̄e opus: ex auro ꝛ argento ꝛ lapidibus p̄ciosis. Bezeleel interpretat̄ vmbraculū ꝛ signat beatum Augustinū donis dei multipliciter obumbratū. Quem vtiqꝫ dominus vocauit/quādo ipsum in tantuz doctorē ecclesie ꝑ eternam p̄destinationē elegit: ꝛ in tempore ꝑ beati Ambrosij p̄dicationē ad fidem cōuertit. Quē etiam spiritu dn̄i impleuit: q̄a sibi cōtulit plenaz sapientiā in ꝯtemplandis: ꝑfectam intelligentiā in obscuris mysterijs explicandis: ꝛ clarā scientiaz in oꝑandis. Ideo scribit̄: ad faciendū om̄e opus ex auro ꝛ argēto ꝛ lapidibꝫ p̄ciosis. Quia nobis apertissime disseruit om̄e qd̄ ꝑtinet ad cognitionē diuine sapientie que intelligit̄ ꝑ aurū. Et ad suauitatē humane eloquentie: que intelligit̄ ꝑ argentū: ꝛ ad ꝑfectionē virtuose vite que intelligit̄ ꝑ lapides p̄ciosos. B ¶ De scd̄o pōt intelligi qd̄ scribit̄ Can̄. ij. Ego flos campi ꝛ liliū cōualliū Con-

grue aūt florida eloquētia bti Augustini flori campi compat triplici rōne Primo quidē rōne pulcritudinis et venustatis. Nam sm Origenē. Flos campi om̄es alios flores etiā ip̄as rosas rubore p̄cellit. Et ideo ꝯueniēter p̄ florē campi pulcritudo ⁊ venustas sue floride eloquētie intelligit. De q̄ ipsa sapiētia in p̄sona bti Augustini gl'iatur Ecc̄i. xxiiij. Flores mei. i. eloquētie mee/sunt fruct⁹ honoris ⁊ honestatis. Quia largiunt in p̄nti bonestat⁹ meritū/⁊ in futuro bonor⁹ eterni p̄miū. Ubi ꝯsiderandū q̄ eloquētia bti Augustini: dicit flos ⁊ fruct⁹ diuersis respectib⁹. Dicit em̄ flos q̄a delectat visum. i. aīe intellectū. Sz dicit fruct⁹ q̄z reficit aīe gustū/inflāmando ⁊ alliciendo ei⁹ affectū ad internā ment⁹ deuotionē. ¶ Scdo ratione cōicabilitatis. Est em̄ flos cōis quē om̄es cape p̄nt: ⁊ bene signat floridam ⁊ fructuosaz eloquētiā bti Augustini q̄ odorē ⁊ gustū sue doctrine ⁊ exemplar⁹ vite toti mūdo cōicauit. Unde Bern̄. sup̄ v̄bo p̄dicto. si ad deliciandū creata est anima mea in hoc flore delicias q̄ras/vbi odor suauit attrahit: vbi color salubriter reficit: vbi inspirata securitas om̄e dubiū p̄pellit: vbi securitas eterne salut⁹ palato ment⁹ illabit. illapsa desipe facit om̄e qd̄ sapidū reputat iste mund⁹. ¶ Tertio rōne multiplicis vtilitatis. Nam sm Bern̄. Flos campi est: cui⁹ odor fetere facit pctm̄: cui⁹ color obfuscat mundū: cui⁹ fruct⁹ solis illis cōceditur/qui istū florem olfaciūt qui vident/q̄ ꝯtrectant/qui audiunt qui gustant sp̄ualiter sicut debēt. Ex quo patz q̄ florida doctrina bti Augustini tanta ⁊ talis est/q̄ om̄es sensus interiores ⁊ exteriores reficit: ⁊ in om̄imoda suauitate ꝯseruat. Et ido signant addit. Et liliū conualliū. Ad ostendendū q̄ eloquētia florida sue doctrine p̄dictas p̄fectiōes potissime cōmunicat mentib⁹ deuotis duris ⁊ humilib⁹/non de se p̄sumentib⁹: sed totā spem suam in solo deo ponētib⁹

L ¶ De tertio pōt intelligi qd̄ scribit Can̄. v. Caput meū plenū est rore Ubi sciendū/q̄ hic p̄ caput mentē ⁊ supiorem portionē rōnis debem⁹ intelligere. Quia sic vir est caput mulieris inq̄ntum ip̄am dirigit ⁊ regulat in suis actib⁹ vt patz per apl'm. j. Cor. xj. Ita mens est caput aīe inquantū eam dirigit ⁊ regulat in suis affectionib⁹. Unde dicit Aug. in de vera religione. Q̄ tūc interior homo gaudet in q̄dam dulcedine cōiugali cū aīa menti copulat velamēto pudoris obducit: vt iā recte viuere non cogat/sed etiā si om̄es ꝯcedant peccare/nō libeat. Et istum amplexū cōiugalē interioris hois attigisse videt Seneca cū diceret. Si scirem deos ignoscituros/⁊ homies ignoraturos adhuc peccare dedignarer. ¶ Cōueniēt aūt btūs Aug. potuit dicere verbum p̄positū. Caput meū plenū est rore. Quia mens ei⁹ triplici rore abūdabat. Primū quidē rore deuotōis qua incolatum p̄ntis miserie crebri⁹ deplangebat. Scdo ꝯpassionis quia tribulatis ⁊ afflictis medullitus cōdolebat. Tertio rore miserationis qua paupes ⁊ infirmos largius refouebat. ¶ Primuz patet Nam p̄pter rorem deuotionis qua incolatū p̄sentis miserie crebrius deplangebat potuit dicere cum p̄pheta Heu mihi q̄z incolatus meus p̄longat⁹ est. Et alibi. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte ⁊c. Tamferuēti em̄ desiderio eternam btitudinem appetebat/q̄ quelibet morula p̄sentis ex

illij sibi longa videbat. Nec mirũ, qa
sm Rich. Quelibet morula amanti
desiderio plurimũ est molesta. Et iõ
oportuit q̃ btõ Augus. qui toto cor-
de inhiabat gustare fluenta superna
fontis vite (vt ptz. ix. cõfessionũ) qdli-
bet momentũ p̃sentis exilij esset sum-
me penale ꝛ molestũ. ¶ Scdm patz
Tante em̃ pietatꝫ ꝛ cõpassionis fuit:
q̃ quẽcũq; in tribulatione cõspiceret
pre affectu pietatꝫ lachrymas cõtine-
re nõ posset. Unde veracit̃ dicere po-
terat Job. xxx. Flebam quondaz sup
eo qui afflict⁹ erat: ꝛ cõpatiebat̃ anĩa
mea paupi. In quo sm Greg. in mo-
ra: vir sctũs ostendit/ q̃ omnipoten
ti deo mlto magis placet affectus cõ
passionis/ q̃ datum muneris. Cui⁹
causaz Greg. ibidem ostendit dicẽs.
Qui em̃ afflicto pfecte ꝯpatitur/ plu
rimũ etiã hoc indigẽti tribuit̃ in quo
ipse qui dederit/ postea angustiaz et
penuriaz sentit. Propter qd̃ tunc est
plena cordis nostri cõpassio/ cũ ma-
lum inopie ꝓximi suscipere non me-
tuimus: vt illum ab inopia liberem⁹
¶ Tertiũ ptz Totus em̃ affluebat
visceribꝫ misericordie: que sm Raba
nuz ꝯsistit in elemosynis largiendis
in mal̃ ꝑ dilectione ꝓximi tolerãdis
in cõuicijs remittendũ ꝛ in puerꝫ er-
rantibꝫ corrigendis. Hec aũt elemo
synaꝝ largitio nõ solum intelligit̃ de
elemosyna corpali: sed mltomagꝫ de
spirituali vt dicit ibidẽ Raba. super
Matth. Qui esurientẽ pane vbi dei
reficit: ꝛ sitientẽ potu sapientie refri-
gerat: qui errantẽ in domũ celestꝫ pa-
trie reuocat. Qui inocentem ꝓtegit.
Qui infirmũ in fide roborat ꝛ nutrit
Qui tribulato subuenit cõpatiendo
vel etiã ꝯsolando/ veram misericor-
diam adimplet. D ¶ Hec autẽ
om̃ia excellenter exercuit btũs Aug.
quia totus mund⁹ plenus est pietate
sue cõpassionis: vtilitate sue instru-
ctionis: ꝛ largitate sue subuentionis
Uasa em̃ sacra exemplo bti Ambro.
vendere fecit: vt mun⁹ miscdie adim
pleret. Unde de ipo appropriate põt
intelligi/ qd̃ scribitur in ps̃. A fructu
frumenti vini ꝛ olei sui multiplicati
sunt. quia sue vite ꝛ regl'e sectatores
sunt multiplicati ꝑ eccl'iam a fructu
sue doctrie: a vino sue gratie: ab oleo
sue miscdie. Propter qd̃ ꝯuenienter
dicere poterat illud Job. xxix. Pater
erã pauperũ. Ubi sciendũ sm Greg.
Q̃ signant̃ dicit se patrem pauperũ
non patronũ: non adiutorẽ vel con-
solatorem ad ostendendũ/ q̃ magno
charitatis affectu: effectum miscdie
vertit in affectũ nature: vt eos quasi
filios haberet ꝑ amorez: quibꝫ tanq̃
pater p̃erat ꝑ subuentionẽ. Ille autẽ
sm Grego. ibidem ꝑfectã elemosynã
tribuit: qui cum eo q̃ afflicto manuz
porrigit: afflicti quoq; miseriam in se
sumit. vt prius in se dolentis mise-
riam transferat. ꝛ tunc illi⁹ inopie fo
ris ꝑ ministeriũ succurrat. Quã pie-
tatem ꝛ miscdiam nobis vtiliter ex-
ercere concedat ꝛc̃.

¶ De trãslatione scti Augustini ser-
mo terti⁹ Et in ordine. CLVIII.

Uiso de fragrãtia
sui odoris ꝛ de abundan-
tia sue virtuose plenitudi-
nis. Restat videre tertio
de euidẽtia diuine benedictiõis. vtrũ
q; p̃dictoꝝ a qua ꝓcedit: qd̃ notatur
cum annectit̃ cui benedixit domin⁹.
A ¶ Ad cuius maiorem euiden-
tiam potest assumi illud verbuz: qd̃
scribit̃ Gen̄. xlix. Benedict⁹ in filijs
Aser. Que sunt verba ipsius patri-

arche Jacob in quibus exprimit sui filij benedictionẽ. Et possunt ꝯueniẽter intelligi de beato Aug. In quibꝫ spũsscrũs exp̃mit eius multiplicẽ cõmendationẽ. Et hoc ſm triplicẽ benedictiõez/quã a deo recepit. Nam primo habuit benedictionẽ diuine inhabitatiõis. Scdo bñdictionez future successionis. Tertio bñdictionẽ eternẽ remunerationis. Primum notat cum premittit: benedictus. In quo insinuatur benedictio diuine inhabitationis. quia tota trinitas mentem eius delectabiliter inhabitauit. Secundũ notat cum subdit in filijs. In q̃ insinuat ꝙ diuina clemẽtia ip̃m in successiõe ⁊ multiplicatiõe filioꝝ suã regulã ꝓfitentiũ mirabiliter dilatauit. Tertiũ notat cũ annectit: aser qd̃ interpretat btitudo: ⁊ signat btm̃ Aug. quẽ diuina clemẽtia ꝓ suis meritis in eterna gl̃ia feliciter premiauit. B

¶ Circa primũ est sciendũ ꝙ pr̃ ipsũ inhabitans sibi dedit potentiã in triplicis hostis expugnatiõe. quia potẽter vicit carnis delicias in sui corporis mortificatiõe/qd̃ ꝯtinuis ieiunijs vigilijs/orõnibꝫ/⁊ laboribꝫ atterebat instanter/orando/p̃dicando ⁊ scribẽ bendo/in tantũ ꝙ eius scripta pauci q̃uis etiã multũ studiosi vix ꝑlegere sufficiũt. Potenter etiam despexit mũdi diuitias: qꝛ fuit potissimꝰ sectator aplice pauꝑtatis quã in seip̃o seruauit/⁊ seruandã alijs instituit. Potenter etiã debellauit diaboli fallacias/quas per suam salutarem doctrinam docuit omnibꝫ fidelibus euitãdas. Filius vero sibi dedit plenã sapientiã in secretoꝝ cognitione. Unde de ipso potest intelligi qd̃ scribit Job xxviij. Omne preciosuz vidit oculus eius. ꝓfunda quoqꝫ fluuioꝝ scrutatꝰ est/⁊ abscondita ꝓduxit in lucem. In quibus verbis ostendit/ꝙ beatꝰ Augusti. fuit triplici dono sapientie illustratus. Primo nãqꝫ pre alijs doctoribus ꝑfectissime agnouit ⁊ luculenter disseruit nature diuine nobilitatem/ꝑsonaꝝ ꝯsubstantialitatẽ/⁊ eaꝝ distinctam ꝑsonalitatẽ. Et iõ p̃mittit Omne p̃ciosuz vidit oculus eiꝰ. Secundo luculentiꝰ pre alijs cognouit sctãꝝ scripturarum ꝓfunditatem/⁊ mysterioꝝ ibidẽ ꝯtentoꝝ varietatem Et ideo subdit: ꝓfunda q̃qꝫ fluuioruz scrutatꝰ ẽ. Per fluuiũ nãqꝫ ſm Aug. sup Gen̄. ad lr̃az: sacra scp̃tura intelligit. In qua vt ip̃e Aug. dic̃. Agnꝰ peditat/et elephas natat. Quia hũiles captiuantes intellectũ in obsequiũ fidei: ꝓfunda scp̃turaꝝ mysteria deo reuelãte ꝑcipiũt/q̃ supbas mẽtes effugiunt. Tertio luculentiꝰ pre alijs disseruit diuine p̃destinatiõis ineffabilem ꝓfunditatẽ/ p̃mioꝝ celestium sublimitatẽ/⁊ penaꝝ infernaliũ varietatẽ. que quia fuerũt abscondita ab oculis oĩm viuẽtiũ. Jõ subiũgit: ⁊ abscõdita ꝓduxit in lucem. Spũsscrũs sibi dedit abundãtẽ gr̃az in ꝑfecta sui iustificatiõe. C ¶ Qd̃ ptz: Habuit em̃ tria q̃ ſm Chrys. sũt scitatis ⁊ iusticie ostẽsiua. vicz Cordis mundiciaz ꝓpter quã dicere potuit. Nõ rep̃hẽdit me cor meum in tota vita mea Job. xxvij. Itẽ abũdantẽ charitatẽ ⁊ gr̃az ꝓpter qd̃ de ip̃o legit. Uulnerauerat charitas chr̃i cor eiꝰ. Itẽ bonoꝝ operũ affluentiã: Ideo legit ꝙ mortuus est in senectute bona plenꝰ bonis opibus. Et ꝑ hoc ptz ꝙ btũs Aug. habuit gr̃am incipientẽ/q̃ mundũ deserẽs deuote incepit. Itẽ habuit gr̃am ꝓficientẽ/qꝛ vitã sctãm quã in sua ꝯuersione incepit feruenter vsqꝫ ad mortẽ ꝓsecutꝰ fuit. Itẽ habuit gr̃am ꝑfectã qꝛ ad summũ gradũ ꝯtẽplatiõis ꝑue

ter satiabitur. ¶ Tertiũ donum fuit ꝙ meno eius in deo habuit suorũ desideriorũ perfectã quietationẽ. Quod patet per hoc: nã certũ est ꝙ q̃ꝫdiu natura rationalis per amorem perfecte vnitur deo: ⁊ se in omnibꝫ conformat diuino beneplacito: tãdiu deus ex ingenita bonitate seipsum ⁊ omnia dona sua cõmunicat mẽti deuote. Et qꝛ mẽs beate catarine per intimũ amorem semꝑ fuit conformis volũtati diuine: ideo diuia bonitas semper fuit ꝓmpta eius desideriũ in omnibꝫ adimplere. Propter quod in ea fuit impletũ illud Psalmiste: Delectare i domino ⁊ dabit tibi petitões cordis tui. Nec em̃ delectatio (vt dicit August.) perfecte satiat totũ anime desideriũ. Et hãc delectationẽ (s̃m ip̃m) iustum est vt amittat quicunqꝫ in aliquo alio cõsolari eligit q̃ꝫ in solo deo. Et iõ subdit: Obsecro te summa veritas vt nõ permittas me in aliqua alia vana cõsolatiõe consolari q̃ꝫ in te solo: sꝫ om̃ia mihi peto amarescãt vt tu solus dulcis appareas anime mee: qui es dulcedo inestimabilis/ per qua oĩa amara dulcorant̃. Qđ nobis ⁊c̃.

¶ De sancta Catarina Sermo tertiꝰ et in ordine. CC.

Tertio cõmendatur beata catarina ab eius mentali pulchritudine ⁊ venustate/ cũ subditur: et in pulchritudine. A ¶ Circa quod est sciẽdum ꝙ eius mentalis pulchritudo tãta fuit ꝙ ex hoc reddit̃ omnibꝫ creatꝭ spiritibꝫ admirãda. Ideo scribit̃ Ecclesiastici. xliij. Pulchritudinẽ candoris eius admirabit̃ oculus. Unde vt eius pulchritudo virtualis meliꝰ ĩtelligatur: ⁊ vt nobis ex ea exemplũ imitatiõis clarius prebeat̃/ dici potest ꝙ eius mẽtalis pulchritudo ⁊ venustas colligit̃ ex tribus. Primo ex virtutis ⁊ sanctitatis affluentia. Secundo ex deiformis luminis influẽtia. Tertio ex deiformitatis refulgentia. ¶ Primũ patet: nam beata catarina possedit thesaurũ totiꝰ ꝟtutis ⁊ sanctitatis in maiori affluẽtia ⁊ fecunditate sup̃ omnes alias ꝟgines: ꝓut ip̃e spũssanctus voce diuina de ipsa ꝓfitet̃ puerbiorũ vlti. Multe filie congregauerũt diuitias. s. spũales: que consistunt in aggregatiõe virtutis ⁊ sanctitatis: tu supergressa es vniuersas. Quod patꝫ per hoc: quia sic perfecte se exercitauit in omni ꝟtute ⁊ sanctitate ꝙ exterius omnibꝫ ipsam intuentibꝫ p̃hebat exẽpla edificationis: ⁊ interius in mente fuit trãsformata in speculũ diuine assimilationis: ꝓpter quod omnibꝫ suis cogitationibꝫ tribuit adeo celicũ colorem: ⁊ omnibꝫ suis operibꝫ contulit adeo virtuosum virorem: ac omni sue conuersatiõi adeo amabilẽ splendorẽ ꝙ omnes ip̃am intuẽtes vertit in stuporem: et ꝓ ea diuine clemẽtie laudes deuotissimas exoluebãt. Et ex ista pulchritudine virtuali mens eius fuit tota amabilis oculis deitatis: ita ꝙ ipsam appetebat delectabiliter intueri. Unde dicit Lañ. ij. Ostende mihi faciem tuã. s. imagine deitatꝭ insignitã/ ⁊ virtutũ splendore decoratã. q̃si di. Illa est mihi super om̃ia delectabilis advidendũ. B ¶ Secũdũ patet Nam ex influẽtia diuini luminis oẽs vires sue mẽtis pulchriformiter irradiantis/ mens eius fuit totaliter trãsformata in suam imaginẽ increatã: ac per hoc ꝑfectũ decorẽ et claritatẽ induit deifici luminis inspirati. Et hoc euidenter ꝓpheta exprimit cum dicit: Ex sion species decorꝭ eiꝰ. Sion nãqꝫ specula interp̃tat̃: et ideo ex illa specu

latiõe q̃ mẽs beate catarine se per lucidam contẽplationẽ ⁊ per feruidã dilectionẽ cõuertit in illud bonũ increatũ vnde prius effluxerat/ ꝓcessit spẽs decoris sue mentalis puritatis/ q̃ ipam perfecte transformabat in imaginem increatã diuine assimilatiõis ⁊ diuine claritatis. Unde ꝓpter istũ decorẽ interne puritatis facta est supra modũ amabilis oculꝰ diuĩe maiestatis. Propter quod bene figurata est per reginam hester: de qua scriptuꝫ est ꝙ fuit incredibilis pulchritudinis oĩm oculis gratiosa. Hester interpretatꝰ eleuata vel abscõdita: et bene significat beatam catarinã: que in singulari dignitate ⁊ in virtuali puritate eleuata ẽ super ceteras ꝟgines: et etiã que in luce ⁊ claritate diuine cõtẽplatiõis abscõdita est omnibꝰ creaturis. Propter q̃ duo recte dicitꝰ incredibilis pulchritudinis et omniũ oculis gratiosa. Hãc lucẽ petijt Augustinꝰ/ cũ dixit in libro solꝰ. O lux eterna ad cuius cõparationem oĩs alia lux est tenebra/ absorbe me in tue claritatis abyssum: vt videam te in te ⁊ cuncta sub te: ne derelinquas me/ ne accrescãt vmbre ignorie mee/ ⁊ multiplicentur delicta mea Sine te eñ omnia sunt mihi tenebre ⁊ malũ: quia nihil bonum sine te solo bono. E ¶ Tertiũ patꝫ. Nam diuine claritatis refulgentia in hoc apparet ꝙ ex irradiatõe diuini luminis mens sua ad talem decorẽ interne claritatis est deducta ꝙ splẽdor sue imaginis quam in deo habuit ab eterno/ sibi resplenduerit in ea singularitate/ qua sua imago creata cõformabatur sue imagini increate in quadã singulari complacẽtia et decore pre omnibꝰ alijs creaturis. Et illud signanter innuit ꝓpheta: Ortus est sol ⁊ cõgregati sunt/ ⁊ in cubilibꝰ suis collocabũtur. quasi dicat ꝙ sol diuine claritatis ortus est in mente beate catarine in quadaꝫ assimilatiõe diuine conformitatis: et omnes vires anime sue cõgregate sũt ⁊ vnite in vi suprema sue intelligẽtie: que sola capax est illius forme increate oĩa alia formantis. Et ibi collocabuntur in cubilibꝰ suis/ hoc est in dulcedine diuine suauitatis. Que ꝑ tanto cubile dicitur/ quia quelibꝫ mens rationalis ibi perfecte quiescit in clara contẽplatõe ⁊ intima fruitione sue imaginis increate. Et istum decorem diuine conformitatis ꝓmittit cuilibꝫ anime deuote. Esa. lx. Erit tibi dominus in lucem sempiternã/ ⁊ deus tuꝰ in gloriam tuam. Ex qua quidẽ claritate imago creata totaliter transformabitꝰ in claritatẽ sue imaginis increate. ij. ad Cor. iij. Nos autem reuelata facie gl̃iam domini speculantes in eandem imaginem transformamur/ a claritate scꝫ imaginis create ad claritatẽ imaginis increate. Ab ista autem conformatione diuine assimilationis omnes potentie anime fuerũt in beata catarina reducte q̃si in quandam rectitudinẽ originalis iusticie/ ⁊ decorate quodã singulari decore ĩterne puritatis. Propter quod sibi bene cõgruit illud Hiere. xxxj. Benedicat tibi dominꝰ pulchritudo iusticie/ ad te veniet primꝰ decor tuus. D

¶ Sciẽdũ autẽ ꝙ ex istis tribus suã mẽtalẽ pulchritudinẽ integrãtibꝰ btã catarina fuit a deo tria dõa ꝑuilegiata supnaturalr assecuta. Primũ donũ suũ fuit oĩm actionũ suarũ oĩmoda deiformitas. Quod patꝫ ex hoc ꝙ oẽs opatiões ꝟtuosas in summo gradu perfectiõis ꝟtualis exercuit. Et iã oĩes sue actiões relucebãt in quadã celica claritate/ ⁊ semꝑ steterũt i diuĩe volũtatis ꝯformitate. ¶ Sũmꝰ aũt

gradus perfectiōis virtualis attingit ex tribus. Primū est diuine gratie et interne motiōis ꝓmpta assensio: quia qui diuine motioni resistit/talis vtiq; spūi sancto obsistit. Propter qd̄ quilibet homo debet motionē internā aure sui cordis diligenter aduertere ⁊ ei ꝓmpte ⁊ volūtarie assentire. Qd̄ ideo necessariū est: quia qñq; ꝯtingit ꝙ illi q̄ diuīe inspiratiōi resistūt/talit̄ diuino iudicio indurant̄/ꝙ quasi nullū motū diuine gratie persentiūt. Unde bene dicit Apl'us. ij. Cor. vj. Hortamur vos ne in vacuū gratiā dei recipiatis. Isti motiōi interne beata catarina iugiter assensit/et ei in sup̄mo sp̄ cooperata fuit. Propter qd̄ bene dicere potuit cū ꝓpheta: Audiam quid loquat̄ in me dn̄s deus. ¶ Secūdū est volūtatis ꝓprie ꝑfecta abdicatio: quā quidē beata catarina sic totalit̄ abdicauerat vt eius volūtas totaliter fuit ꝯformis volūtati diuine: q: nihil aliud appetijt nisi ꝙ honor dei in rebus oībus impleret̄. Et quia eius voluntas sic fuit emortua in seip̄a: ideo in nulla re creata/sed solū in bono diuio eius appetitus potuit quietari. In quo etiā assecuta fuit omniū suoꝝ desideriorꝝ ꝑfectā quietationē: iuxta illud qd̄ spiritussctūs ꝓmiserat ꝓuerb. x. Desiderium suū iustis dabit̄. Et in Ps. scribit̄: Delectare in dn̄o ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. ¶ Tertiū est om̄is boni delectabilis ⁊ feruens opatio: q̄ semp̄ viguit in beata catarina. Qd̄ patet ꝑ hoc ꝙ om̄ia ꝟtut̄ opera magno feruore delectabiliter opabat̄: ⁊ tamē illa opera i magna humilitate sui cordis iugiter possedit. Nā hoc est ꝓpriū mentiū perfectaꝝ ꝙ quāto magis ꝓficiunt in acceptatōe diuina ⁊ in actibus virtutū: tanto magis ꝑ humilitatē seipsas deijciūt ⁊ magis resiliūt in ꝓpriam paruitatē. Quod ex hoc cōtingit ꝙ quāto magis diuino beneplacito ꝯformant̄/tanto magis cognoscūt ꝙ nihil boni ex seip̄is facere possunt: ⁊ ideo nihil boni ascribunt sibi/sed oīa in deū referūt de cuius gratia ꝓcesserūt. Et huius exemplū patet in palma: que quāto crescit altius: tāto suas radices infigit terre ꝓfundius. E ¶ Secundū donū fuit sue mentis ad diuinū beneplacitū perfecta cōformitas: quia decor virtualis ip̄am reddebat ꝑfecte amabilē diuīe volūtati. Quod patet per hoc ꝙ decor virtualis sic est acceptabilis diuine voluntati ꝙ deus seipsum ꝯtinere non potest quin cum pleno gaudio suā presentiā exhibeat mēti amorose ⁊ virtuose. Et hec est vera causa quare mens deuota libenter ē solitaria: et ꝙ sibi penale sit ꝙ vnq̄ circa exteriora d̄beat occupari. Quia ergo talis mens perfectū gaudiū iugiter inuenit i seipsa ex eius interna puritate ⁊ ex diuina p̄sentialitate. Ideo scribit̄ ꝓuerb. xv. Secura mēs quasi iuge cōuiuiū. Sed cor seculare quia ꝓpter defectus interiores nullū gaudiū sed magis penā inuenit in seip̄o: ideo mēdicat suū gaudiū ab extra. ¶ Si autē querat̄ vnde decor ꝟtualis fit sic acceptabilis deo: Potest dici ꝙ hoc fit triplici ratiōe. Prima est: quia decor virtualis est quedā ꝯformitas et q̄dā formalis imp̄ssio diuīe assimilatiōis. Et quia om̄e simile diligit sibi simile: quare ⁊c̄. Secūda ratio: quia decor virtualis est quoddā lumē iterne puritatis: et ideo patefacit aīe viā rectā per quā tendere possit ad felicitatem eternā. Tertia ratio est: quia decor ꝟtualis ponit hoīem in q̄dā amicabili societate oīm sanctoꝝ ⁊ angelorū. Qd̄ patet ꝑ hoc ꝙ tā sancti q̄ꝫ etiaꝫ angeli oī tp̄e sunt parati suis p̄cibo et

suo studio boiem virtuosum defensare ab incursu malignoꝝ spiritꝰ: ꝛ ei donū persecutōis suis ꝓcibus impetrare. ℣ ¶ Tertiū donū fuit diuine ꝓsentie cōtinua ꝛ amicabilis familiaritas. Que ptz ex triplici indicio sue signo q̄ familiaritatē arguūt etiaz mō humano. Primū indiciuz sumit ex nunciozꝝ familiariū directiōe. Secundū sumit ex litterarū amicabiliuz transmissione. Tertiū sumit ex magnozū locaiū exhibitione. ¶ Primū ptz. Nam isti nūcij familiares fuerūt sancti angeli q̄ ei tam familiariter assistebant tam in familiari cōsilio q̄z in sollicita custodia: q̄z etiam in interiori mētis solatio. Nec diuine clementie suffecit q̄ eam p̄ sctōs angelos tanq̄z p̄ suos familiares nūcios visitaret q̄n vellet etiā per seipm eā in carcere constitutā p̄sonaliter visitare ꝛ benignissime cōsolari sic dicēs. Constans esto filia p̄dilecta: tecum ego sum/nil paueas. Ex qua q̄dez p̄sentia tantū gaudiū interne dulcedinis recepit/q̄ oīs penarū afflictio sibi in gaudiū ꝛ dulcedinē versa fuit. Sicut etiā legit de brā Agatha/q̄ letissime ꝛ gloriantersbat ad carcerē tāq̄z cēt ad epulas iuitata ¶ Scōm ptz. Nā ire familiares sibi directe a spōso fuerit securitas diuine acceptatiōis ꝛ suauitas interne cōsolatiōis/ꝛ etiā sublimitas sue eterne retributiōis: q̄a premiū tricentesimū est adepta. Qō ptz: q̄z possidet coronā p̄mū centesimi ipsarū virginū: ipsoꝝ martyꝝ: ꝛ ipsoꝝ doctoꝝ. Ubi notabiliter est sciendū q̄ quālibet coronā de p̄dictis brā Catarina in quadā singulari excellentia sup alios sctōs possedit. Qō primo ptz de aureola ꝟginū. Naz florē virgineū in tanta puritate sup alias ꝟgines possedit/q̄ manꝰ humane nō fuerūt digne sacratissimum eiꝰ corpus etiā post mortē cōtingere. Propt̄ qō eiꝰ corpus in monte Sinaniti angelicis est sepultū. Coronā etiā martyrū excellent' p̄e ceteris obtinet: tum ꝓpter multarū penarū varietatē: tum ꝓpter feruidā p̄ christo patiēdi liberā voluntatē. Coronā insup doctoꝝ excellent' possedit: q̄z nō quoslibet simplices/sed q̄nq̄ginta Rhetores peritissimos rōnabiliter q̄uicit ꝛ ad fidem cōuertit: ꝛ eos vna cū Regina ꝛ Porphirio ad palmā martyrij gloriose p̄duxit. ¶ Tertiū ptz. Nā christus etia magna locaiia sibi p̄ ceteris virginib⁹ cōtulit: in quib⁹ ei singularem familiaritatē ostendit. Primū fuit q̄ eam in carcere p̄sonaliter visitauit. Secūdū fuit q̄ eam corpore ꝓprio sua manu deifica p̄sonaliter refecit. Tertiū fuit q̄ ei oze dominico oīm suarū petitionū exaudītionē liberaliter repromisit: asserēs q̄ omnes p̄ quib⁹ intercederet essent incūctanter saluandi ꝛ ꝓpetuo cozonandi. Cuius meritis nos participes fa. q̄ est corona omniū sanctoꝝ virginū. ꝛc.

¶ De sancta Catarina Ser. ordinis Et in ordine. CCI.

Signū magnū apparuit in celo Apoc. xij. ¶ In nouissimis tēpoꝛibus cū inciper deformari pulcritudo innocētie diuina puidētia in celo militātis ecclie fecit apparere signuz magnū inclytā scz ꝟginē Catarinam. In cuius vita celica tripler signū appuit: qō etiā dicit magnū: q̄z est rōnal' imaginis reformatiuū. Primū signū fuit cādoꝛ sapiētie. Scōm fuit decoꝛ innocētie. Tertiū fuit rigoꝛ magne rolerantie. Per primū reformatur rōnal'

obcecata in cognitõe veri. Per sedm reformat cõcupiscibilis obliquata in dilectione boni. Per tertiũ reformat irascibilis infirmata in opatõe ardui Et qꝛ istud signũ magnũ apparuit in celo. i. in vita celica inclyte ꝟginis Catarine: iõ põt dici ꝙ rõne huius triplicis signi cõparat triplici celo: scꝫ empyreo/aqueo/ꝛ sidereo. ¶ Prĩo ergo cõparat celo empyreo ꝓpter tria. Nã celũ empyreũ habet latissimã capacitatẽ: firmissimã ĩmobilitatẽ: ꝛ purissimã luminositatẽ. sic btã Catarina habuit affectũ latissimũ in donoꝝ diuinorũ munifica receptiõe. habuit aspectũ quietissimũ in diuinoꝝ secretoꝝ viuifica cõtemplatiõe. habuit etiã incessum fulgentissimũ in sctõꝝ exẽplorũ deifica ostensiõe. ¶ Primũ ptꝫ. Naꝫ sicut celuꝫ empyreũ ex sua capacitate latissima claudit in se oẽs alios celos sic btã Catarina claudit ꝛ cõprehẽdit in se liberalẽ influxum oĩm gratiaꝝ ꝛ donoꝝ diuinoꝝ. Qđ ptꝫ ꝑ hoc ꝙ oĩa dona priuilegiata q̃ deus diuisim cõtulit aliis sctis ꝛ electis: oĩa illa priuilegia simul ꝛ vnite cõtulit btẽ Catarine/vt alibi declaraui. Et h̃ euidẽter et ꝓprie põt ostendi ex quadã figura Joanni ostensa Apoc. j. Uidi inq̃t in medio septẽ cãdelabroꝝ aureoꝝ similẽ filio hoĩs. i. ꝑfecte conformẽ ꝛ sil'em ipi chr̃o. Eia nunc pensate ꝛ aduertite q̃ꝫ bene ꝛ ꝓprie in ista figura sit expressa vnitiua ꝑfectio btẽ Catarine. naꝫ per ista septẽ candelabra designãtur septẽ chori ꝛ ordines sctõꝝ: Qꝛ primũ candelabrũ designat choꝝ angelorũ. Secundũ designat chorũ patriarcharũ. Tertiũ designat chorum ꝓphetarũ. Quartũ designat chorũ apostolorũ. Quintũ designat choꝝ sanctoꝝ martyrum. Sextũ chorũ confessoꝝ. Septimũ designat chorũ sanctarũ virginũ. Rationabiliter aũt predicti ordines sanctoꝝ claudunt sub nũero septenario: qꝛ iste numerus cõprehendit oẽm ꝑfectionẽ totius sanctitatꝭ. Qđ patꝫ ꝑ hoc ꝙ oĩs sctitas causat ꝛ fluit ex septem donis spũssancti. Cõueniẽter etiã dicunt candelabra: qꝛ tã verbo doctrine q̃ꝫ exẽplis vite totã ecclesiam illustrarũt. Sed ꝓ tanto dicuntur aurea: qꝛ in amore diuino feruent ꝛ ꝑseuerãter arserunt. B ¶ Conueniẽter autẽ btã Catarina est in medio istoꝝ septẽ candelabroꝝ. q̃a sicut mediũ claudit in se ꝟtutẽ extremorũ/sic beata Catarina vnitiue claudit et aggregat in se oẽm ꝑfectionẽ aliorũ sanctoꝝ. Qđ patꝫ per hoc/qꝛ cũ ipsis angelis ꝑticipat in puritate inflexibil' rectitudinis. Cum pr̃iarchis ꝑticipat in fidei firmitate ꝛ in obediẽtie promptitudine. Cuꝫ ꝓphetis participat in cognitiõis ꝓfunditate ꝛ sapiẽtie claritate. Cum apl'is ꝟo cõicat in voluntaria paupertate ꝛ oĩm mũdanoꝝ cõtẽptibilitate. Cũ martyribꝫ ꝟo in volũtaria tormẽtoꝝ penalitate. Cũ cõfessoribus aũt in penitẽtie austeritate. Cũ virginibꝫ ꝟo in mentis ꝛ corꝑis incõtaminabili puritate. Nã thesauꝝ virginalis puritatis ipsa possedit in maiori excellẽtia ꝛ dignitate p̃ ceterꝭ virginibus: excepta ꝟgine gloriosa q̃ est speculũ ꝛ corona ceteris ꝟginibꝫ incõtaminabilis puritatꝭ. Qđ etiã ipse dominꝰ ore ꝓprio ꝓfitetur cũ dicit Prouerb. vlti. Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas. qꝛ thesauꝝ ꝟginal' puritatꝭ ꝛ ceteraꝝ ꝟtutũ ipsa excellentiꝰ possedit ceteris virginibꝫ. Sed ideo visa ẽ similis filio hoĩs: quia in omni exercitio fuit ꝑfecte cõformata vite christi ꝓut possibile erat viatori. Et iõ virtutũ suaruꝫ perfecta varietas congrue figuratur

per illas septē lucernas quas ꝓpheta Zacharias vidit sup vno candelabro aureo Zach. iiij. Quia decore omniū virtutū mentē suam illustrauerūt ⁊ p duxerūt ad perfectā conformitatē diuine assimilatiōis. ¶ In isto etiā celo/hoc est in vita celica huiꝰ virginis apparuit signū magnū qđ potest Gemini appellari: ⁊ designat geminum preceptū charitatis/dei scz ⁊ proximi que in corde eiꝰ feruētissime ardebat. Primo q̄dem ex parte dei quē ex toto corde ⁊ ex tota ania/⁊ ex omnibꝰ viribus suis dilexit. Scđo respectu proximi quē sincerissime sicut seipam dilexit. Et ideo quicūqꝫ sentit se tepiduꝫ in amore diuino/meditet illud signū amorosum: recogitās quanto amore suū cor fuerit inflāmatū quādo cum tanta alacritate penas acerbissimas sustinebat/⁊ cum tanto feruore alios ad amorē dei ꝓuocabat. ⁊ ex hoc proculdubio cor suū continget in amore diuino necessario inflāmari. L

¶ Secundo beata Catarina habuit aspectū quietissimū in diuinoꝝ secretorū viuifica cōtemplatōe: per quam mēs eius iugiter quieuit in lympida cognitione sapiētie diuine. Quod patet per hoc ꝙ ex profunda cognitione diuina mēs eius fuit perfecte quietata ⁊ in seipsam totaliter recollecta: propter quod mens eius tota affectualiter refluxit in vnitatem diuine essentie/⁊ per hoc in bono diuino fuit perfectissime quietata. Et hanc recollectionez petijt Augusti. cum dicit in lib. soliꝰ. Peto domine deꝰ meus non me permittas amplius diuerberari in multa: sed collige me đ exterioribꝰ ad meipsum/⁊ de me ad teipsum. Tu enim es lumen letificans: lux renouans: decor adornans mentē meam quaz formasti ad imaginez tuam. Et propter hanc simplificationem sui affectus oculi sue mentis dicunt oculi columbarum Cant. pri. quia semper cū magno ardore ⁊ simplicitate casti amoris suum dilectum contemplabatur. Propter quod Joannes in Apocal. pri. ca. assimilat oculos eius flamme ignis cuz dicit. Oculi eius velut flamma ignis. Quia sicut ignis semp sursum fertur ⁊ penetrat intima nature in quam agit: ita mens beate Catarine semper sursum tendebat in maiori cognitiōe diuine veritatis/⁊ in profundiori dilectione diuine bonitatis. Propter quod dicit Bernard. ꝙ ipsa est cui dilectus eius semper inter vbera cōmoratur: ⁊ que in ipsam abyssuz secretorum dei semper oculum contēplationis immersit. Et ideo potest dici ꝙ in isto celo deifico secundo apparuit magnū signuz quod possumus dicere Capricornum. Nam sicut capricornus habet visum acutissimū ⁊ semper conatur suis cornibus altius ascendere: sic beata Catarina delectabiliter semper conabatur oculis mentis altius ascēdere in lympida cognitione diuine veritatis/⁊ in intima degustatōe diuine bonitatis. Ad istam cognitionē diuine veritatis/⁊ ad suauem degustationez diuine bonitatis quelibet anima deuota debet feruentibꝰ desiderijs anhelare. ad quod hortatur apostolus Colos. iij. Que sursum sunt sapite/nō que sup terraz. O q̄ꝫ pauci sunt quibꝰ recte sapiāt bona diuia ⁊ celestia: que certe nulli sapere possunt nisi solū illis qui p dulcē gustum diuini amoris perducti sunt in quandā insipiditatē oīs terrene delectatiōis: vt dicit Aug. Quia sicut videmus ꝙ flāma ignis oēm rem materialem quā attingit in nigredinē cōuertit: ita dulcedo diuini amoris oēm

delectationē terrenā in quādā abominationē ⁊ insipiditatē vertit. D

¶ Tertio beata Catarina habuit incessum fulgentissimū in sctōꝝ exēplorum deifica ostensione/⁊ in diuie veritatis intima cognitiōe. Qđ ptz. Nā sicut celum empyreū est totū lucidū absq; omni obscuritate: sic beata Catarina tota fulgebat interiꝰ in diuine veritatis cognitiōe: ⁊ etiaz exterius in sctōꝝ exēploꝝ clarissima ostentatiōe: Nā ipsa in quodā lumine diuino sibi interius inspirato oēm veritatē diuinam agnouit q̄ntuz est possibile viatori. Juxta illud ꝓpheticū. Dñe in lumine tuo: ꝑ te scz nobis inspirato. videbimꝰ lumen. i. teip̄m: vt dicit Aug. Ex influxu aūt huius luminis mens beate Catarine fuit totaliter transformata in ip̄m lumē diuine veritatis. Et ideo recte poterat dicere illud Esaie xviij. Quiescā in loco meo, i. in ītimo mentis mee: ⁊ ibi ꝯsiderabo lympidū scz influxuz luminis inspirati: q̄a hec lux est clara sic̄ lux meridiana. ¶ Ad istū influxū diuini lumīs q̄libet mēs deuota debet feruentius aspirare: q̄a v̄tute huiꝰ luminis mēs deuota moritur sibijpsi ⁊ oībus rebꝰ creatis. q̄a nihil in ea viuit nisi solū amor ⁊ desideriū prime veritatis ⁊ summe bonitatis. Et istud donum assecutus fuit apl's cū diceret Gal'. ij. Viuo ego: iaz nō ego: viuit autē in me christus. q. d. Ego sum mortuꝰ mihijpsi ⁊ om̄ibus rebus creatis: ⁊ nihil viuit in me nisi illa que spectāt ad diuinā reuerētiam ⁊ amorē. ¶ In illo celo deifico apparuit signū magnū qđ pōt dici Libra: quia beata Catarina oēs actus ⁊ motus suos ponderabat s̄m libraz recte rōnis: ⁊ oēs cogitatiōes ⁊ affectiones suas cōformabat sup̄me regule diuine volūtatis: ita ꝙ oēs ipsam vidētes ⁊ audiētes oportuit excitari ad gl'iaz diuine laudis: ⁊ ꝓuocari in melius ꝑ speculū sanctitatis ex eiꝰ vita radiantis. Propter qđ recte sibi cōgruit qđ scribit̄ Esa. xlix. Dedi te in lucem gentiū. Quia sicut lumē sine intermissione irradiat oīa sibi p̄sentia: sic ipsa exemplari ꝯuersatione ⁊ sancta exhortatione illustrabat radio deuotiōis mētes omniū ipsam cōtemplantiū. Cuiꝰ sanctitatis nos ꝑti. fa. ⁊c.

¶ De sancta Catarina Ser. q̄ntus Et in ordine. CCII.

Secundo beata Catarina ꝯparat̄ celo aqueo siue crystallino ꝓpter tria.

A ¶ Nam illud celuz s̄m Mathematicos est totaliter ꝑuium: est effectualit̄ frigidū: est etiā vniformiter motiuū. Sic btā Catarina fuit totaliter ꝑuia siue parula ad susceptionē eterne sapiētie. fuit effectualit̄ frigida ꝑ totalem extinctionē male cōcupiscētie. ⁊ fuit vniformit̄ motiua per plenā adhesionē cōiunctionis diuine ¶ Primo dico ꝙ beata Catarina recte assimilata est celo aqueo rōne sue ꝑuietatis. q̄ sicut illud celū rōne sue ꝑuietatis semꝑ est dispositū recipe solaris lumīs influentiā: sic mēs eiꝰ ratione int̄ne puritat̄ semꝑ fuit disposita ad recipiēdū influxū diuini lumīs Refulgētia aūt huiꝰ luminis marie claruit in h̄ ꝙ ꝑ virtutē ⁊ efficaciā sapiētie sibi diuinitꝰ ispirate q̄nquaginta oratores ꝑitissimos euident̄ ꝯuicit ⁊ mutos fecit: ⁊ eos ꝑ efficaciā sue doctrine ad fidez cōuertit et ad martyrij coronā perduxit. ¶ De ipsa etiā legit̄ ꝙ non solū in sapientia diuina: verū etiā in sapiētia hūana oēs alios antecessit. ⁊ iō a litteratis ⁊ clericis spēalit̄

pre ceteris venerat. Propter qd recte potest dicere illud Eccli. xxiiij. Giruz celi circuiui sola. qz sua cognitione intellectuali celi ambitu cōprehendit. et in fluctibus maris ambulaui. qz acumen sui intellectus pfundū humane et diuine sapiētie penetrauit. et in omi gēte et ppl'o primatū tenuit: vicz cuiuslibet sciētie magr̄alis. Et illud magisteriū bn̄ in seipsa ostendit: qa sic fuit ordinata q nec in ṽbo nec in facto regulam rōnis vnq̄ in tota vita sua legitur excessisse. Et iō om̄ia sua dicta et facta fuerūt mensurata fm formā sui virtuosi decoris. Nec mirū: qa mens sua fuit plantata iuxta fluēta diuinarū gr̄arū/quaꝝ virtute oīa sua opera possedit in summo ṽtutis. ¶ In isto etiā celo deifico appuit signū magnū qd dicit Aquari⁹: qd habet ṽtutē pluuiā cōcitandi sole existēte in illo signo Et inde est q illud signū depingit in figura virginis vtraqz manu de hydria aq̄s effundētis. Un̄ recte significat btām Catarinā q̄ aquas gratiarū et donoꝝ in nos oēs liberalit̄ suis precibus effundit et nobis eternā beatitudinē suis meritis implorauit. Propt̄ qd recte pōt dici illd celuz extēsum ad moduz pellis: cui⁹ supiora tecta sunt aq̄s vt dicit ꝓpheta: qz diuina clementia supiora sue mentis irrigauit abundantia oīm donoꝝ et gratiaꝝ: vt mentes nostras aridas fluentis gr̄e vberius fecūdaret. B ¶ Scdo assimilat̄ celo aqueo ratiōe virtualis frigiditatis quā ceteris influit. Qd patz nā ros diuine gratie sic oēm estū concupiscētie in ip̄a plene refrigerauit q ad omnē motū inordinatū quasi impassibilis facta fuit. Nec mirū: qz per influxum gratie et cōtinuū exercitiuz virtuosum tantā sensit mentis dulcedinē/q nunq̄ potuit ad aliq̄d transitoriū delectabilit̄ inclinari. Et hoc petijt Aug. in lib. solil. cum dixit. Obsecro te summa veritas ne pmittas me in aliqua alia re delectari q̄z in te. sed peto vt oīa mihi amarescāt/vt tu sol⁹ dulcescas anīe mee: qui es dulcor inestimabilis per quē cūcta amara dulcorant̄. Tua em̄ dulcedo craticulaz ferream Laurentio/et lapides torrentes Stephano dulces fecit. Et ideo p donū gratie et per exercitiū virtuosuz oēs vires anīe sue in quandā rectitudinem prime innocētie sunt reducte. et ex hoc sua imago rationalis refulsit in ea puritate claritatis in qua fuit creata in sua primaria conditione primi homis. Quod euidēter videtur innuere spūssanctus Michee. iiij. cum dicit. Et tu turris gregis nebulosa filia sion ad te veniet potestas p̄ma. Et si diligēter cōsideremꝰ: apparet q̄z euidenter et ꝓprie hic describit̄ perfectio beate Catarine. que recte dicit̄ turris tum ꝓpter imobilitatem sue bone voluntatis: tum etiā ꝓpter fortitudinez sue materne ꝓtectionis. sed dicit̄ turris gregis. i. populi ꝓpter pietatez sue materne subuētionis quā liberaliter impendit omnibꝰ ipsam pie inuocantibus. sed dicit̄ turris nebulosa ꝓpter largam influentiā donorū et gratiarū celestis roris: qa corda arida et desiccata per rorē diuine gratie humectat et fecundat. Et ideo recte subdit̄/ad te veniet potestas prima: qa ꝓpter predicta mens eius fuit prime puritati et rectitudini restituta. ¶ In isto celo deifico apparuit signū magnū quod dicit̄ Sagittarius: quia fm sciētiam astrologoꝝ sole existente in isto signo emittit in terram triplicē sagittā: vicz imbrem/niuem/et grandines. sic etiā precibus et meritis beate Catarine sol iusticie nobis influit dulcez imbrem

siue rorem diuine gratie/ꝛ albā niuez pure cōscientie/ꝛ terribilez grandinē diuine sentētie. Ex quibꝫ donis in nobis refrigescit oīs ardor male concupiscentie/ꝛ mens inflāmatur ad amorem celestis patrie. L ¶ Tertio assimilat̄ celo aqueo ꝓpter sui motus vniformitatē: quia in tota vita sua habuit vniformē motuz in omnibꝫ suis actibus ꝛ desiderijs ꝑfecte sequendo diuinū beneplacitū. Qđ patz per hoc ꝙ ita fuit emortua in volūtate ꝓpa sibijpsi: ꝛ ita ꝑfecte suā voluntatē conformauerat volūtati diuine/ꝙ in oībus agēdis nihil faciebat ex arbitrio ꝓprio: sed solū ex beneplacito diuino. Qđ exinde ꝓuenit ꝙ mens sua ꝑ feruidum desideriū ꝛ amorē sic indissolubiliter fuit vnita ipsi deo/ꝙ solū diuinū beneplacitum sibi fuit regula ꝛ mensura omniū agendoꝝ. ¶ Propt̄ qđ recte sicut videmus ꝙ ista sphera nona suo motu rapit secum oēs spheras orbium inferioꝝ (qđ euidēter ptz ex hoc qđ ad sensum videmus/ꝙ sol ꝛ luna ꝛ sidera in quolibꝫ die naturali girant totū celum: ꝛ reuertūtur ad eundē punctū sui motus. Qđ nō pōt fieri ex eoꝝ motu ꝓprio ꝛ naturali: qa sol cōplet cursum suū motu ꝓprio solum in vno anno (al's duodecī annis ꝛ iō oportet ꝙ istū motū diurnū ex influentia none sphere habeāt) sic beata Catarina in omnibꝫ suis actibꝫ ꝛ desiderijs agebat̄: nō ex impulsu voluntatis ꝓprie/sed solum ex impulsu ꝛ influentia volūtatis diuine. Propt̄ qđ sequit̄ ꝙ nihil agebat ex arbitrio proprio: sed oīa faciebat ex arbitrio diuino. ꝛ hoc ꝓpter ꝑfectā conformitatez sue voluntatis ad voluntatē diuinā. Et quia tota vita beate Catarine sic fuit conformis ꝛ beneplacita diuine voluntati: ideo ipsam pre ceteris sanctis donauit copioso munere omniū gratiarū. Unde sibi recte aptat̄ illud Eccī. xliiij. Cognouit eā in benedictionibus suis. qđ dicit ꝓpter donorū copiositatez. cōseruauit illi misericordiā suā: quia post matrē misericordie ipa pietatē suam large cōmunicat oībus ipsam inuocantibꝫ. Et inuenit gratiā in cōspectu oīs carnis. quia populus christianꝰ ꝛ etiā gentilis ipsam singulariter honorat: ꝛ eiꝰ beneficia pre ceteris sanctis virginibꝫ deuotiꝰ implorat. ¶ In isto etiaz celo deifico apparuit signū magnū qđ dicit̄ Taurus: qa sicut sole existente in isto signo terra nostra naturalis fecūdat̄ diuersis seminibꝫ corporalibꝫ: ita terra ratiōalis mentis nostre ꝑ eius suffragia fecundat̄ diuinitus diuersis donis spiritualibꝫ. Unde ꝓpter virtutē ꝛ efficaciam sui patrocinij ꝑdicti recte potest dicere illud Esa. Sicut imber descēdit de celo ꝛ inebriat terrā ꝛ infundit eam ꝛ germinare eā facit: sic erit verbum scz mee oratōis quā pro fidelibꝫ effundo/nō reuertet̄ ad me vacuum: sed prosperabit̄ in his ad q̄ misi illud quia fructū exauditionis causat in oībus eius patrocinīū deuote implorātibus. Cuiꝰ patrocinij nos ꝑti. fa. ꝛc.

¶ De sancta Catarina Ser. sextus Et in ordine. CCIII.

Tertio beata Catarina ꝯparat̄ celo sidereo. ꝛ hoc ꝓpt̄ tres ꝓpetates huiꝰ celi. A ¶ Nā hoc celū habz ornatum pulcriorē: qđ ostendit stellarū varietas. Circūitum ꝓlixiorem: qđ innuit motionis sue tarditas. Et influxum potiorē: qđ pandit eius vital' causalitas. Sic beata Catarina ꝑ ceteris virginibꝫ primo habuit in mēte orna

tum splendidū per donoꝝ ⁊ gratiarū venustatē. Secūdo habuit in virtuoso opere mirā fecunditatē ⁊ iugē cōtinuitatē. Tertio habuit in materna cōmunicatione diffusiuā bonitatem.

¶ Primo dico ꝙ beata Catarina habuit in mente ornatū splendidū ꝑ virtutum ⁊ donoꝝ venustatē. Qđ patet ex hoc ꝙ ex eius interno decore virtutis ⁊ gratie refulsit in eiꝰ verbis ⁊ facie tantus splendor sanctitatis / ꝙ ex eius aspectu ⁊ allocutione ipa regina cum duce Porphirio ad veritatē fidei ꝓtinus sunt cōuersi: videtes eam in carcere tenebroso tāta luce circūfusam: in quo iacuerat .xij. diebus ⁊ noctibus sine refectiōe cuiuslibet corporalis alimenti. Propter qđ tantꝰ fuit decor ⁊ ornatus sue pulcritudinis / ꝙ pre ipsius magnitudine est inexplicabilis omni lingue humane. Qđ patet per hoc ꝙ ore diuino cuilibet nostrū potest dici illud Gen. xv. Suspice celum .i. celicā virtutez huius virginis Catarine: ⁊ numera stellas eius si potes .q.d. Tanta est varietas suaꝝ virtutū ⁊ donoꝝ / ꝙ eius decor ⁊ speciositas est inexplicabilis omni lingue humane. Nec miruz: fuit em̄ de illis cel' q̄s ipse spūssctūs ornauit suoꝝ donorum largitate: vt scribit in ps̄. Et q̄a magnitudo sue bonitatis est infinita ⁊ indicibilis: iō recte magnitudo sui decoris quā beate Catarine ꝑ donorū suoꝝ varietatē impressit / dicitur inexplicabilis omni lingue. B ¶ Et in isto celo deifico apparuit signū magnū quod dicit Uirgo: cuiꝰ efficacia sm̄ Astronomos in hoc apparet ꝙ in facie hominis imp̄mit pulcritudinē ⁊ in visu magnā perspicaciā ⁊ claritatem: ⁊ singulis mēbris hominis confert decentē dispositionē. Ex quo spiritualiter datur intelligi / ꝙ influxus sui patrocinij triplicem decorem operatur in hoīe ipsam deuote inuocante. Primus est ꝙ per eiꝰ patrocinium imago rationalis reducit ad pulcritudinez sue primarie innocētie in qua in suo p̄mo effluxu creata fuit. Quod patet per hoc qđ scribit Michee. iiij. Tu turris nebulosa gregis filia sion ad te veniet potestas p̄ma. In quibꝰ verbis innuit duplex ratio huius effectus. Prima est: quia per donuz singularis gratie fuit confirmata in esse virtuali: ⁊ ideo dicit turris ꝓpter immobilem fixionez sue mentis in statu gratie ⁊ virtutis. Secunda est: quia tota fuit fecundata rore gratie: ⁊ ideo dicitur turris nebulosa .i. rore scz diuine gratie singulariter obumbrata. Ex quibꝰ duobus potest imaginē rationalē decorare pulcritudine primarie innocētie: quod innuit per hoc qđ subdit / ad te veniet ptās prima. Secundus est: quia per eius patrociniū imago rational' illustratur claritate diuine intelligētie. Propter quod de ipa scribitur Can̄. vij. Oculi tui sicut piscine in esebon q̄ resident iuxta fluenta plenissima. Ubi sciendum ꝙ Esebon est ciuitas vnam tm̄ habens portam: in qua porta est fons vnus q̄ suo effluxu generat multas piscinas: et signat beatā Catarinam: in q̄ erat fons diuine sapientie: a quo q̄dē fonte multe piscine effluxerunt. q̄a ab eiꝰ cognitione clara ⁊ ꝑspicaci que ꝑ oculos intel'igit multis cōicat aquas sapiētie ⁊ salutaris doctrine. Et ad istas aq̄s aspirauit Augusti. cuz dicit in lib. soli lo. O lux a qua om̄is lux absorbe me in tue claritatis abyssum: vt videam vndiqz te in te: ⁊ cuncta sub te ne dere linquas me / ne accrescant ignorantie mee et multiplicētur delicta mea. Sine te enim om̄ia mihi tenebre / omnia

mala: quia nihil bonū sine te vero solo ⁊ sūmo bono. Tertius est: q̄a ꝑ eiꝰ patrociniū homo iterior ⁊ exterior decoratur venustate cōuersationis virtuose. Qđ patet. nā quicūq; diligēter attēderet illud speculū virtuosum qđ nobis ostendit sanctitatē sue cōuersationis: impossibile esset quin mēs eiꝰ excitaret ad imitationē sui exēpli virtuosi. Et q: tantꝰ decor virtutis ⁊ gr̄e ab ipsa resplenduit: iō bene de ipsa verificatur illud Sap̄. vij. Nec em̄ est speciosior sole: ⁊ sup̄ omnē stellarum dispositionē luci cōparata inuenitur prior. E ¶ Scđo cōparat̄ isti celo ꝓpter virtuosi operis fecūditatem ⁊ eius iugem cōtinuitatē. Nam sicut motus celi est cōtinuus sine qualibet interruptiōe: ita totus motꝰ sue vite fuit cōtinuus ⁊ nō interruptus in virtuosa opatiōe ⁊ in feruida dei dilectione. Nec mirū: quia internus dulcor diuini amoris excitauerat in ea tantū feruorē virtuose opationis/ q̄ multū penale sibi fuisset si vnq̄ ad momentum destitisset ab actibus virtuosis. Vñ ista prōptitudo ⁊ delectabilis inclinatio quā beata Catarina habuit ad exercitiū virtuosuz/ est illud amabile vinū conditū qđ sponsa propinat sponso Cañ. viij. cum dicit. Dabo tibi poculū ex vino cōdito. Quia sicut vinū ꝯditū est delectabile gustui humano: ita opus virtuosum delectabiliter factū est delectabile cordi diuīo. Ecōtrario ꝟo illa opera q̄ quis cum tedio ⁊ tepiditate operat̄: nō sunt sapida/ sz abominabilia ipsi deo. Nec mirū: q̄a talia opera sunt insipida etiā ipsi operāti: qđ vtiq; ꝓuenit ex duobus. Primū est: q: talia opera sunt cruda ⁊ frigida/ ⁊ nullo ardore diuine dilectōis inflāmata. Scđm est: q: sunt arida ⁊ nullo humore deuotōis impinguata Et exinde ꝯtingit q̄ multi sunt ita frigidi in suis orōnib⁹/ ⁊ tardi ad cōsentiendum diuinis motionib⁹: q: modicum feruorez habent amoris diuini: ⁊ modicū vl̄ nullū conatū habent in melius ꝓficiendi. In isto celo deifico apparuit signū magnū qđ dicit̄ Leo. qđ quidē signū habet vim imꝑmendi triplicē effectū illi nature q̄ nascit̄ sub dominio huiꝰ signi. Imꝑmit em̄ animi magnitudinez ⁊ cordis fortitudinez: ⁊ magnū cordis calorē. Ex quib⁹ spūalit̄ informamur q̄ btā Catarina hūit aī magnitudinē in libero ꝯtēptu oīm terrenoꝝ/ habuit etiā cordis fortitudinē in volūtaria passione tormētorū: ⁊ magnū in corde suo calorē ꝓpter diuini amoris feruidā inflāmationē. Que apparet in h̄ q̄ statim cuz audiret q̄ imꝑator cōpellebat ppl'm ad idolatriā: tunc sponte se ingessit et imꝑatorē sup̄ suo errore corripuit: ⁊ eū apertis rōnib⁹ cōfutauit. ¶ Et q̄a sic volūtarie ⁊ nō cōpulsa ꝓ fide ex amore diuino se exposuit: iō chr̄s ipsaz super alios martyres rōnabiliter dignificauit. Nec mirū: q: ex ipsa nobis relucet exēplar ⁊ speculū triplicis ꝑfectionis: vicz volūtarie paupꝛtatis in contēptu terrenoꝝ/ volūtarie penalitatis i sufferētia tormētoꝝ: ⁊ singularꝫ charitatꝫ in amore feruido eternoꝝ. D ¶ Tertio ꝯpat̄ isti celo: q: habuit in mr̄na cōicatione diffusiuā bonitatez sic illđ celū hz i sua influētia viuificā vitalitatē. Qđ ptz. Nā sic illud celū ꝑ suā influentiā cōfert vitaz oīb⁹ rebus corpalib⁹: sic ip̄a ex mat̄na pietate oīa corda tristia ꝯsolat̄: ⁊ rore sue pietatꝫ fecundat oēs mentes aridas interna deuotiōe destitutas. Qđ ptz ex hoc q̄ ipsa ex speciali gratie priuilegio facta est pincerna donorum diuinoruz que ex materna pietate suis p̄cib⁹ liberali

ter cōicat om̄ib⁹ ip̄am deuote inuo/
cantib⁹. Unde de hoc pōt intelligi qd̄
scribit̄ ꝓuerb. vlti. Manū suā aꝑuit
inopi ⁊ palmas suas extēdit ad pau/
perē. Et ideo ꝓpter istū influxū mat̄/
ne sue pietat̄/dicit Joā. in Apoca. ꝙ
habeat in dextera sua septem stellas
.i. affluentiā oim̄ donoꝝ diuinoꝝ/q̄
iō dicit̄ habere in dextera sua: qꝛ habꝫ
facultatem ea cōicandi ex sua pietate
materna. ¶ Sciendū aūt ꝙ dona di/
uina q̄ nobis influit merito stellis cō/
parant̄: qꝛ stelle sunt a terra separate et
in celo fixe: ⁊ in sua forma sunt rotū/
de: ⁊ in splēdore lucide. Sic dona di/
uina que nob̄ impetrat/mentē rōna/
lem eleuant a terrenoꝝ affectione: et
eam roborant ⁊ firmāt in dei dilectio/
ne: ⁊ faciūt eam mobilē ⁊ rotundā in
bona oꝑatione: ⁊ lucidā ⁊ clarā in bo/
noꝝ exemploꝝ ostensione. ¶ In isto
etiā celo deifico apꝑuit signū magnū
qd̄ dicit̄ Aries. De quo scribūt astro/
logi ꝙ habet dominiū sup̄ ortū ⁊ nati/
uitatē hoim: ⁊ sup̄ vitā corꝑalem ter/
renascentiū. Et cū sol est in isto signo:
⁊ tunc vtplurimuꝫ reuelant̄ occulta.
Unde illud signū ꝓprie figurat bea/
tā Catarinā/q̄ ex diuino munere ha/
bet plenū dn̄ium sup̄ spiritualē gene/
rationē cuiuslibet hoīs qua ꝑ gratiaꝫ
nascimur filij dei. Habet etiā plenuꝫ
dominiū ꝑ suū p̄rociniū quēlibet cō/
seruandi in vita spirituali. Et cuꝫ sol
diuine gratie īcepit fulgere in isto si/
gno/tunc magna ꝓdigia inceperunt
appere sup̄ terrā. E ¶ Que qui/
dē ꝓdigia sunt dona illa celica que tā
mirifice effluūt/de isto osse sacratissi/
mo sui corꝑis bn̄dicti: nobis in admi/
rationē: ⁊ cunctis fidelib⁹ in spēalem
deuotionem. Nam hec stupenda mi/
racula deus ꝑ illud ossiculū ꝟgineū
in Grennerode tam copiose ⁊ mlt̄ifa/
rie oꝑat̄ ad declarādā excellentiā sue
dignitatis/ita ꝙ etiā sup̄ angelos eā
de⁹ exaltauit in miracl̄oꝝ ptāte ⁊ effi/
cacia. Qd̄ ptꝫ ꝑ h̄/ꝙ angeli nulla mi/
ra oꝑa facere pn̄t nisi ꝑ hoc ꝙ ꝯiūgūt
actiua passiuis ꝑ semialia p̄ncipia re/
bus nālib⁹ ꝯcreata. Sꝫ ꝙ ab vno ossi/
culo arido ⁊ sicco fluat sanguis viui/
dus: ⁊ purū lac ⁊ mel dulcissimū in
momēto ⁊ p̄ter om̄e adminiculū cu/
iuscūqꝫ rei vel p̄ncipij nālis/qd̄ ip̄os/
sibile oīno existit/ꝙ talia ꝑficiāt̄ q̄cūq̄
qꝫ ꝟtute creata. sed solū suis meritis
fiūt ꝑ ꝟtutē diuinā ⁊ increatā. Et ideo
q̄uis ꝑ suā mat̄nā pietatē corda oīm
hoim excitauerit ad sua p̄conia extol/
lenda adhuc tn̄ ista ciuitas Grenēro
de spēali⁹ ceter̄ est astricta. Tum qꝛ
istū locū p̄ ceter̄ dotauit thesauro ce/
lesti suoꝝ donoꝝ mirabiliū. Tuꝫ q̄a
istū locū dignificauit ⁊ fructificauit
suis maternis bn̄ficijs/ꝑ q̄ oib⁹ ip̄aꝫ
iuocantib⁹ ꝯfert̄ augmētū gr̄e ⁊ ꝯso/
latiōis spūalis in oib⁹ suis necessita/
tib⁹ ⁊ pressuris. Et iō post btām ꝟgi/
nē ip̄a signāt̄ dicit̄ spes miseroꝝ: ⁊ cō/
solatrix opp̄ssoꝝ. De q̄ scribit beatus
Bern̄. de btā ꝟgine gl̄iosa/qd̄ tn̄ non
inconuenient̄ dici pōt de btā Catari/
na seq̄ns ꝟbū. Om̄ib⁹ oīa facta ē/ad
oēs man⁹ sue largitat̄ extendit/oib⁹
miscdie sue sinū aperuit vt de pleni/
tudine ei⁹ accipiant vniuersi/captiu⁹
redēptionē/eger curationē/petōr ve/
niā/iust⁹ gr̄am: angel⁹ leticiā. Et sic in
signū sue fecunde cōicationis: om̄es
ip̄ius dona ⁊ bn̄ficia recipe volentes
ad se liberal̄r inuitat dicēs Eccl̄i. xxiiij
Trāsite inq̄t ad me oēs q̄ ꝯcupiscit̄
me: ⁊ a generatōib⁹ meis adimplemī
.i. a fecūditate donoꝝ ⁊ bn̄ficioꝝ q̄ a
mea materna pietate/oib⁹ me deuo/
te iuocātib⁹ liberal̄r diffundūt. Que
bn̄ficia in p̄dicta ciuitate in mult̄ se

implorantibꝰ ad oc̄m euidēt claru erūt. Quoꝝ bñficioꝝ nos tē.

¶ De ſctā Catarina ſermo ſeptim⁹: Et in ordine. CCIIII.

VIde arcum z bñdic q̄ fecit illuz. valde eñ ſpecioſus eſt in ſplēdore ſuo Eccī. xliij. Verba ꝓpoſita cōuenienſ aſſumūt in laudē z p̄coniū imperatricis ꝑginis Catarine. B ¶ In q̄bꝰ ꝑbꝰ impler ſue laudis p̄coniū implicat. Primo eñ nob ꝓponit in ſpeculū iubiloſe ꝛc̄plationis. Scō in exemplū truoſe pfectōis. Tertio in ſolatiū erūnoſe pegrinationis: vt ſic p̄dicat/ſpecīm pfectoꝝ/exēplū viatoꝝ z ſolatiū oppſſoꝝ. Dec aūt tria i verbis p̄miſſis cōgrue deſignāt. nā Primū babet cū p̄mittit Vide arcū. Secundū ꝑo cū ſubdit: z bñdic q̄ fecit illū. Tertiū habet cū ānectit Valde eſpe. eſt in ſplen. ſuo. ¶ Circa p̄mū eſt ſciendū q̄ plenitudo ſue pfectōis meruit nob in ſpeculū ꝛc̄platōis ꝓponitur tripliciter rōne p tridē deſignāte. Primo q̄dē rōne ſue cauſalē generatōis. Scō rōne ſue diametralē oppoſitōnis. Tertio rōne ſue circularē eleuationis: q: ſp a terra ad celū circulariter eleuat. ¶ Cōueniēt aūt ei⁹ ingens pfectio nob in ſpeculū iubiloſe ꝛc̄plationis ꝓponit cū p̄mittit. Vide arcū. i. celicā virā bte Catarine a terra eleuatā. q: in ei⁹ vita celica q̄liber nr̄m cōtēplari poterit ꝑfectē z ānctū in vita ſpūali p̄fecerit: z ānctū ſe a defectib⁹ culpabilibus elōgauerit. Et B primo p̄z in iſde rōe ſue cauſalē generatōis. ad quā tria ꝛcurrūt/vicz nubis cōcauitas: nubis aḡſitas: z ſolis claritas. Bre⁹ eñ celeſtis ex B generat q̄ radi⁹ ſolis ingredit nubē cōcauā rotūdā z aḡſaz: z illā radijs ſuis penetrat. Sed q̄n illi radij reflectūt p nubē denſaz/quaz radij ſolares penetrare nō p̄nt/tunc gnāt figura iridis/q̄ triplicitū colorez ꝑbens ex q̄tuoꝝ elementis. Sic etiā ex illapſu veri ſolis i mēte bte Catarine ipa ſpūalr in arcū celeſtē trāſformata eſt. In q̄ bñ mīplex ei⁹ pfectio nob dat intelligi. Nā nubis cōcauitas nob exp̄mit ſue bñuolentie ꝑfunditatē/nubis aḡſitas exp̄mit diuine gratie fecunditatē/ſed ſolis claritas exp̄mit diuine ſapiēie lūinoſitatē/p q̄ā z celarē ꝓuauit: z q̄ndā ſtigmata oratoꝝ reſ gl̄oſe ſuſcauit. B ¶ Primū p̄z Nam ꝓfunda ſua bñuolentia in hoc euidēt colligit/q̄ ſuā ꝓtiā volūtatē penit⁹ abdicauerat z cā diuine voluntati pfecte ꝓformauerat: ita q̄ nec in ſeipſa nec in alijs rebꝰ creatis aliq̄d aliud a ꝑpetebat: niſi q̄ bono: diuini⁹ et diuinū bñplacitū in oībꝰ impleret. Et tāto nihil poterat ſuſtinere q̄ offet diuino bonoꝝ z bñplacito ꝛrariū. vñ ſtatim cū audiret q̄ imperator ꝑſ̄m ad idolatriā impelleret: ſponte irrupit: z ſp̄m de erroꝛe idolatrie audacter reꝑbendit. Et ideo ex hoc merito ſingularia ꝓuilegia a ſuo ſponſo ꝓmeruit: q̄ nō coacte ſed ſponte ꝑ ei⁹ amore paſſioni ſe obtulit: ſubmittens volūtatē ſuā diuine voluntati. Et q̄ in omnib⁹ ſuis deſideriis ſic fuit emortua ſibi ipſi q̄ oprabat ſemp implere volūtatē z bñplacitū diuinū. Et ideo bñ poterat dicere cū apl̄o ad Gal. ij. Viuo ego tam nō ego viuit aūt in me bte ſtus. In quo euidēt oſtendit/q̄ tota vita ſua fuit tranſformata in pfectam cōformitatē diuine voluntatis. Et in iſtud ſpeculū luminoſe pfectoꝝ

nis diligent' debet aspicere quicunq; in vita spirituali curat pficere. Talē eñ oportet penit' abrenunciare ꝓprie voluntati: ⁊ in om̄ib; viuere ꝯformit' volūtati diuine. Ido chr̄s dicit Luc. ix. Si quis vult venire post me abneget semetip̄m. scz ꝯformans se diuine voluntati: ⁊ tollat crucē suā quotidie ⁊ sequat' me. scz p passionē. Qd pfecte bt̄a Catarina impleuit: qñ ꝓ amore sui sponsi sponte passioni se obtulit.

C ¶ Scdm patz Ros eñ diuine gratie que p nubē aquosaz intelligit adeo largit' mentē suam fecundauerat q in varietate donoꝝ diuinoꝝ h in via. ⁊ in magnitudie p̄mioꝝ in patria vt pie credit' ceteras vgines excedit. qd satis videt' innuere ꝓpheta cū dic̄. Propterea vnxit te de' deus tu' oleo leticie pre cōsortib; tuis. ¶ Ubi sciendū/ q ideo gr̄a dei dicit' oleū leticie: qz sicut oleū est nutrimētū flāme ita gr̄a est fomentū spūalis leticie: qd ido ꝯtingit: qz ꝯseruat mentē deuotā in cōtinua iocūditate diuine p̄sentie. ¶ Sciendū etiā q sicut null' pictor p̄t pfecte figurare colores iridis. Ita nulla lingua hūana potest pfecte explicare pfectionē donoꝝ beate Catarine vt declaratū est ex p̄cedentibus. ¶ Tertium patz Radius eñ diuine lucis qui p radiū solis intelligit' adeo intime mentē ei' illustrabat: ⁊ oibus ip̄am videntib; ⁊ audientib; exempla scitatis ministrabat. Et ideo in ea vificat' qd scribit' Ecc̄i. xliij. Tripliciter sol exurit montes. Per istos mōtes intelligunt' vires anie ad imaginē ꝯtinētes: ⁊ alias potētias anime excedentes. quia tota trinitas variuz splendorē donoꝝ sibi cōtulit. Qd ptz Nam pater sibi cōtulit plenitudinez potentie/ ꝓpter quod impator p nulla tormentoꝝ genera mentem eius potuit: ad suam voluntatem inflectere. Filius etiam sibi cōtulit plenitudinē sapientie p quā electoꝝ rhetoꝝ scientiam supauit. ꝓpter qd in ea impletuz fuit illud qd christus suis discipulis repromiserat. Ego dabo vobis os et sapientiaz cui nō possunt ꝯtradicere om̄es aduersarij vestri. Spirit' etiā sanctus sibi ꝯtulit plenitudinē amoris diuini: qui ita pfecte mentē ei' accenderat q in solo bono diuino poterat quietari. Propt' qd bene poterat dicere cū ꝓpheta Mihi adherere deo bonum est ⁊ ponere in dño deo spem meā. D ¶ Scdo plenitudo sue pfectionis p iridem ostendit' rōne sue diametralis oppositiōis. Nam videmus ad sensum q iris semp ex opposito solez respicit: ita q si sol sit in oriente/ iris appet in occidente: et econuerso. Ex quo dat' intelligi: q beata Catarina totū cor suum ⁊ om̄e suum desideriuz: directe ⁊ insepabil'r semp ꝯuertit ad ip̄m deū: ⁊ ideo semp in se habuit iuge cōuiuiū ⁊ gaudiū diuine p̄sentie. ¶ Sciendūz autē ad hoc vt mens hominis iugiter vniatur diuine presentie tria requirunt'. Primuz est ment' in seipsa intima recollectio Scdm est ab om̄ibus curis exterioribus eius pfecta quietatio. Tertium est ment' quietate ⁊ in seipsam recollecte p diuinaz presentiā illustratio. Et ista tria innuūtur Sapientie. vij Nam quantū ad primū dicitur: intrans in domū meam. Quantum ad scdm dicitur. Conquiescā cum ea scz sapientia increata. sed quantū ad tertium annectit'. Sicut lux meridiana clara est scilicz ipsa diuina presentia. ¶ Est etiam diligent' aduertendum q sicut tria sunt que impediunt appentiā iridis. vicz aer' nubilositas. visus debilitas: ⁊ nub' tenebrositas. ita

ꝓportionaliť tria sunt q̄ impediūt vi-
sionē diuine p̄sentie. Primū est ipi⁹
mēt⁹ ad terrena distractio. Scd̄m ē
ad appetitū feruidū eternoꝝ interio-
ris oc̄li caligatio. Tertiū est peti opa
citas ⁊ caligo. Propť qd̄ q̄cūq; vult
ꝯtinuare in iocūditate diuine p̄sentie
studeat se recolligere in seip̄m: ⁊ gau
dent ꝓpť deuꝫ respuat om̄e terrenū: ⁊
vitet oīs peti nubilū: tūc pōt libere cō
tēplari bonuꝫ diuinū. qd̄ nō nisi pur-
gatissimis mētib⁹ cernit vt dic̄ Aug.
j. de trini. E ¶ Tertio plenitudo
sue ꝑfectiōis ꝑ iridē ostendit rōne sue
circular⁹ eleuatōis. Nā sic̄ iris in to-
ta sua circularitate eleuat ꝟsus celū:
⁊ in suis extremitatib⁹ inclinat ꝟsus
t̄rā: Ita mēs btē Catarine ꝑ feruidū
amorē iugit fuit eleuata in ip̄m deū:
⁊ suis affectiōis pedib⁹ oēm mdi glo
riā cōculcauit. Propť qd̄ recte assimi
lat illi angelo qui dextrū pedē posuit
sup mare: ⁊ sinistrū sup terrā vt patꝫ
Apoc̄. x. Quia btā Catarina omnem
gl'iam mundanā q̄ ꝑ mare fluidū in-
telligit: ⁊ oēs diuitias corꝑales q̄ per
terrā intelligūt volūtarie ꝯtempsit ꝓ
pter deū ⁊ cōculcauit. Qd̄ bn̄ claruit
in b̄/ꝙ cuꝫ rex sibi ꝓponeret/ꝙ si sibi
assentiret ⁊ deos suos adoraret/figu
rā sibi vellet ī medio fori erigere quā
oēs ꝓpl'i deberēt ob sui honorē ⁊ reue
rentiā adorare. Ip̄a aūt patent rn̄dit
regi/ꝙ postponeret talia dicet/q̄ etiā
cuilibꝫ hoī esset facin⁹ cogitare. Ex b̄
etiā euident appet ꝙ ipsa fuit ꝑ amo
reꝫ in deū circularit eleuata. qꝛ sicut
motus circular⁹ incipit ab eodē pun
cto ⁊ terminat in eundē: ita p̄ncipiuꝫ
⁊ finis om̄is sue dilectionis erat solū
bonū diuinū. quia nihil diligebat ni-
si in deo ⁊ ꝓpter honorē dei. Et in hoc
nobis relucet exemplū ordinati amo
ris. Un̄ ꝯuenient potest dicere illud
Eccl̄i. xxiiij. Giruꝫ celi circūiui sola: et
in fluctib⁹ mar⁹ ambulaui ⁊ in oī gen
te ⁊ ꝓpl'o p̄matū tenui. In quib⁹ ver-
bis inuit triplex p̄rogatiua quā btā
Catarina a deo singularit p̄ ceteris
accepit. Prima est ꝙ oēm amorem ⁊
om̄e desideriū suū in solo bono dino
posuit. Et iō dicit ꝙ girū celi sola cir-
cūiuit: qꝛ oēm amorē suuꝫ in solo bo-
no dino collocauit. Scd̄a est ꝙ mēs
sua ꝓfunditatē diuine sapiētie dulcit
penetrauit. Et ideo dicit/ꝙ mens ei⁹
in fluctib⁹ maris. hoc est in ꝓfundita
te diuine sapiētie dulcit ambulauit.
Tertia est/ꝙ in om̄i gente ⁊ ꝓpl'o sin-
gularē reuerentiā obtinuit/ido dicit
ꝙ in om̄i ꝓpl'o p̄matum tenuit. F
¶ Et est sciendū/ꝙ ꝓpť p̄dicta tria p̄
uilegia btā Catarina in figura Iu-
dith attollit/laude diuina/angelica
⁊ hūana. Nā ꝓpter laudē diuinā sibi
dicit. tu gl'ia hierl'm: qꝛ tota curia ce-
lest⁹ in ip̄a honorat. Propť laudē an
gelicā sibi dicit. tu leticia israel. i. cele
stiū spirituū deū clare iugit ꝯtēplan-
tiū. Sed ꝓpter laudē hūanā sibi dicit
tu honorificētia ꝓpl'i nr̄i: qꝛ tota natu
ra hūana honorat ⁊ extollit ex merito
dignitat⁹ sue. Et ido q̄libet mens de-
uota dꝫ hodie diligent sue dignitat⁹
ificat q̄ in introitu templi spūalis: ꝺ est in principio nr̄e sanctificationis: ania debet deo offerre oīm viciorū mortificationē: z ꝺ p actum trascibil'. Per altare autē tymiamat': qđ totū incēdebat: z erat p̄fectū ex diuersis spēb⁹ aromatic⁹ significat' cor amor: ossuz totū accensuz in amore dei: qđ debet esse plenuz fructib⁹ diuersis: z p hoc totū accensuz celestib⁹ desideriis. z ꝺ p actuz p̄cupiscibil'. Per arcā testamēti q̄ erat in secretiori pte templi designat diuina reuelatio: q̄ quidē fit in secretiori pte rēpli: qz in ipa potētia rōnali q̄ secreti⁹ z puri⁹ diuinā claritatē pticipat: in q̄ quidē luce intelligibili cōtēplari debem⁹ arcā testamēti primentē vnā aureā z manna. i. suppositum eternū verbi subsistens in vtraq; natura diuina scz q̄ signat p manna qđ gustu cuiuslibz se p̄formabat: z būna que signat p vnā aureā. Nō solū rōne p̄ciositatis z nobilitat' vtriusq; corpis scz z anie. Sed spēaliter rōne anie q̄ cōtinet ipm corpus. Que quidem ania dicit' aurea: ruz qz rubea p charitatē. rū qz splēdida p sapiētie claritatē: rū qz solida p integritat' puritatē. L ¶ De scō pz Nobilitas ei cuiuslibet rei attendit' ex forma sua. Forma aūt aie rōnal' est nobilissima. Quia ꝺine trinitat' imagin: insignita. Non cīm bā trinitas magis animā rōnalez nobilitare potuit q̄ q̄ cā sibipsi assimilauit z ei suam p̄priam imaginem impressit. Ad hoc vtiq; vt quia similitudo est causa z principiū dilectionis: vt rotum sue dilectionis affectum anima in solum deū cōuerteret/cum in rebus creatis nihil sibi simile inueniret. Et ideo p hoc spūaliter informamur/q̄ in rebus creat' nihil debemus diligere: nisi vel inquātum dei similitudinez rep̄sentat/vel inquantū nos ad eius p̄secutionē adiuuat. Et ꝺ bñ saluator inuit Matt. vj. Si oculus (inquit) tuus dexter. amicus intimus quem tra diligis vt ocu'us dexter. scandalisat re: nuru scz vel consilio aut etiā exemplo te a p̄fectu virtutis retrahendo/abscide eus z proīce abs te. i. deuita sue societat' cōsortium. D ¶ De tertio pater: Nam bin⁹ dom⁹ opulēta est inscrutabilis. quia pater mentē rōnalem inhabitans p suaz potentiā infinitā sibi reponit thesaurū omnis essentie. Filius ibi reponit thesaurū oīm sapientie. Spiritussctūs ibidem reponit thesaurū omnis gratie. z hoc p̄misserat dom⁹ Ysaie. xlv. Dabo tibi thesauros absconditos z arcana secretorū. Et bene isti thesauri in p̄senti nob dicunt' absconditi: qa in hac mortali vita/nec plene possi'ent/nec etiā plene ab aliquo cognoscunt. Et propter istas tres p̄ditiones nobilitatem huius domus explicantes beata trinitas mentem rationalē delectabiliter inhabitat/dicens illud Pō. Hec requies mea in seculū seculi. hic habitabo quoniā elegi eam. E ¶ Secūdo ista domus attollitur a nobilitate sanctitate/cum subdit'/decet sanctitudo. Potest aūt dici q̄ sanctitas huius domus colligit' ex tribus. Primo quia debet esse clausa p sensuum interiorū z exteriorū diligentē restrictionem: vt anima deuota nihil p sensus exteriores hauriat/nihil per eosdē exteriores cōcipiat/qđ oc'os diuine maiestatis offendat. Taliter se concluserat ille beatus Job. xxvij. Cum dicerem. Non rep̄hendit me cor meū in tota vita mea. Et ideo talis anima p̄ter diligentē custodiam suoꝝ sensuū ortо clauso comparat Can. iij. dicente sponso. Ortus p̄clusus soror mea spō

sa: ortus ꝯclusus fons signatus. Si-
gnanť autē bis dicit/ortus cōclusus
ꝓpter geminā custodiam sensuū inte-
riorum scilicet ⁊ exterioꝝ. Sed ad-
ditur/fons signatus ad ꝑfectā eiꝰ pu
ritatē exprimendā. Quia sicut in fon
tem signatum ⁊ clausuꝫ nihil potest
incidere/qđ turbet aque claritatem:
Ita nec in animā sic cōclusam/aliqd
praue cogitatōnis vel inordinate af-
fectiōis potest illabi/qđ turbet ⁊ ma-
culet eius puritatē. ¶ Scđo qꝛ talis
domus debet esse lata ⁊ ampla ꝑ cha
ritatis et miscđie diffusionem. Nam
sicut plumbū liq̄scit ad calorē ignis:
ita cor humanū debꝫ liquefieri ad fer
uorem charitatis. Et ideo anima cha
ritatis igne inflāmata clamat cū spō-
sa Cañ. v. Anima mea liquefacta est:
vt dilectus locutus est. Sicut etiam
videmus ꝙ plumbuꝫ liquefactū pro
pria specie destituit ⁊ in formam sibi
ꝓpositam transformat. Ita cor igne
charitatis ⁊ feruore cōpassionis reso-
lutum cuiuslibet molestie ⁊ tribula-
tioni ꝑ cōpassionē se ꝯformat dicens
cum apl'o. ij. Coꝝ. xj. quis infirmat: ⁊
ego nō infirmor. ¶ Ad hanc cō-
passionē q̄libet merito debꝫ induci ex
emplo naturali. Cum em̄ scđm apl'm
j. Coꝝ. xij. om̄es sumꝰ vnū in christo:
singuli aūt alter alteriꝰ mēbra: Jō sic
in corpore nāli q̄dlibet mēbrū tantū
ꝯgaudet in bono ⁊ condolet in malo
alteri mēbro ac si ꝫ pateret i seipō: ita
etiā adeo ꝓmpte ⁊ efficacit q̄libet dꝫ
moueri ad cōpatienduꝫ necessitatibꝫ
ꝓximi/sicut vnuꝫ mēbrū naturale cō
patitur alteri. Nec autē ꝑfectio amo
ris in hac vita ꝓpter fomitis infectio
nem ⁊ nature lesionem haberi nō po-
test/sed expectat in futura vita: vbi
inimica mors ⁊ corꝑales molestie de-
struent: ⁊ charitas oīmode ꝑficietur.
Et iō bñ đt Aug. ꝙ mandatū de dile
ctione in hac vita ꝑfici nō pōt/sed ꝑfi-
ciet in vita beata/vbi in dispari clari-
tate erit par gaudiū. quia licꝫ ibi vnꝰ
ꝑmā veritatē alio lympidiꝰ ꝯgnoscat
⁊ intimiꝰ diligat: ⁊ ꝑ ꝯsequēs maiorē
hēat claritatē q̄ntū ad deiformitatē
itellectꝰ: ⁊ maiorē dilectionē q̄ntū ad
fruitionē affectꝰ: par tñ erit ibi gau-
diū: qꝛ ſm Aug. q̄libet ibi tantū gau
debit de bono alteriꝰ q̄ntū de bono ꝓ
prio. ¶ Tertio debet esse alta ꝑ desi-
derioꝝ eleuationē: ⁊ diuinoꝝ myste-
rioꝝ ꝯtēplationē. In cuiꝰ figura aīa-
lia sctā ab Ezechiele visa eleuata sunt
a terra: ad designandū ꝙ mens rōna
lis semꝑ debꝫ esse in sublimibꝫ suspē-
sa ꝑ desideriꝝ eleuationē ⁊ ꝓfundaꝫ
rerum celestium ꝯtemplationē. Ani-
ma em̄ ꝑ ꝯtemplationē diuino lumi-
ne irradiata: ⁊ in ip̄m lumen deificuꝫ
transformata: oēm speciē creatā suꝑ-
gredit. Ubi tam inferiori q̄ꝫ supiori
portione ratōnis derelicta tm̄ ip̄i in-
telligentie innititur: que ſm Boeciū
ipsam formam om̄ia formantē pura
mentis acie intuetur. Ex hoc autē in
tuitu tanta dulcedine mens ꝑfundi-
tur/ꝙ sui ⁊ omniū creaturarū oblita
⁊ in seipsa defecta. sibi ⁊ om̄ibus cre-
aturis dulciter imoritur: dicēs cum
patriarcha Jacob Gen. xlvj. Jam le
tus moriar quia vidi faciem tuā. Cu
ius visionis nos ꝑticipes faciat Je-
sus christus ⁊c.

¶ De dedicatione Sermo quintus
Et in ordine. CCXI.

Vos estis tē-
plū dei viui. sic dicit dñs:
qm̄ ihabitabo ⁊ in ambu-
labo in eis ⁊ ero illoꝝ deꝰ. ij. Coꝝ. vj.

A ¶ Uerba ꝓposita conuenienter pñt exponi de tẽplo spũali fidelis aĩe qđ deꝰ sibi ꝑ̃ fabricauit in creatiõe/ ⁊ sctificauit in baptismali regeneratione/ ⁊ delectabiliť inhabitauit in sue pñtie amabili exhibitione. Et ideo ꝙ aĩa rõnalis sit templuz dei viui: ꝓbat hoc apl's ex auctoritate diuina: tripli ci rõne. Primo ꝑ gr̃e infusionẽ. Secundo ꝑ gr̃e augmentationẽ. Tertio ꝑ gr̃e augmẽtate iugem ꝯseruationẽ. Primũ notať cũ ꝑmittiť: qm̃ inhabitabo in eis. Scđm notať cũ subdiť: ⁊ ambulabo in eis. Sed tertiũ notať cũ annectiť: ⁊ ero illoꝝ deꝰ. Ipos scz fouendo in bono et ꝓtegẽdo a malo/ ⁊ ipsi erũt mihi ppl's/ mãdatꝫ scz meis ꝓmpte obediẽdo/ ⁊ volũtati mee se in oĩbꝫ ꝯformando. ¶ Circa ꝑmũ est sciendũ: ꝙ ad hoc vt deꝰ templum. i. mentẽ aĩe rõnalis ꝑ gr̃am inhabitare dignet/ oportet ipam fulgere maxima puritate. Cuiꝰ ratio est qꝛ gr̃a assimilať flori ameno/ balsamo odorifero/ ⁊ splẽdori diuĩo: cũ sit q̃dã emanatio ⁊ q̃dã refulgẽtia claritatꝫ diuine. Cõstat aũt ꝙ flos amenꝰ nõ est dignus reponi in loco sordido/ nec balsamũ odoriferũ debet reponi in vase putrido. Nec splẽdor diuinꝰ põt recipi i loco tenebroso pctõꝝ caligine obducto. Et iõ necessariũ est ꝙ mẽs illa q̃ diuine pñtie capax esse voluerit: sit illustrata triplici puritate. Pria puritas causať a supiori ꝑ gr̃e refulgentiã De hac scribiť Job. xxix. Splẽdebat lucerna eiꝰ sup caput meũ. Ubi dicit Greg. ꝙ ꝑ lucernã itelligiť lumẽ gr̃e/ ꝑ caput vero ipa mens q̃ est suprema portio ipiꝰ anie. Lucernã ꝗ sup caput splendere nihil est aliud q̃z ipam mẽtem rõnalẽ lũine gr̃e illustrare. Secunda puritas causať ab inferiori/ siue ꝑ virginalẽ mundiciã/ siue ꝑ purementis innocentiã. De q̃ scribiť Esa. xviij. Sic lux meridiana clara est: qꝛ sicut i meridie est vmbra breuior/ aer serenior ⁊ aura calidior. Ita in mẽte pura abbreuiať/ ⁊ qñq̃z ꝑ gr̃am totaliter tolliť/ vmbra vanitatis/ serenať aer veritatꝫ/ ⁊ iflãmať aura charitatꝫ Tertia puritas causať ab exteriori ꝑ ꝯuersationẽ exẽplarẽ ⁊ sctãz. De qua scribiť Matth. v. Sic luceat lux vr̃a corã hoĩbꝫ vt videãt opa vr̃a bona et glificẽt pr̃em vr̃m qui in celis est. Et ꝓpť istaz triplicẽ puritatẽ aĩa rõnalis merito đr tẽpluz dei: qꝛ est interiꝰ fulgida ⁊ exteriꝰ virtutũ exẽplis adornata. B ¶ Circa scđm est sciẽdũ: ꝙ gr̃e infuse augmẽtatio notať cũ subdiť: et ambulabo in eis. Jõ scribitur Apocal. xxj. Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbꝫ/ ⁊ habitabit cũ eis: Et inambulabo inter illos: ipos scz de bono i meliꝰ ꝓmouendo vt semꝑ crescant de bono in melius ꝑ virtutis ꝓfectũ: vt de ipis: verificeť qđ scribitur in ps̃. Jbũt de virtute in virtutẽ q̃usq̃z videant deum deoꝝ in sion. i. in lucida mẽtis ꝯtẽplatiõe/ ⁊ suaui gustus delectatiõe. Propter hoc em̃ in hoĩe requiriť ꝯtinuũ ꝓficiendi desideriũ. qꝛ fm Greg. in via dei stare: retrocedere est. Uñ dic̃ Aug. Sũma ꝑfectio christiane religiõis est: vt quãtũcũq̃z hõ i hac vita ꝓficiat sꝑ sibi putet supesse qđ querat. Cuiꝰ causaz assignat Leo papa. Nã ille q̃ se estimat ad hoc ꝑuenisse qđ q̃rit: nõ quesita repit sed i inq̃sitione deficit. ¶ Sz hic incidit rõnabil' dubitatio. Utrũ homini sit necessariũ ad salutẽ semꝑ ꝓficere: Et possz videri ꝙ nõ: qꝛ fm hoc mlti boni nõ saluarenť: q̃ semꝑ in vno statu bone cõsuetudinis: puta in eisdẽ or̃onibꝫ: ieiunijs vitã suã nũc ꝯtinuãt. Ad qđ dicendũ: ꝙ ꝯtinuus ꝓfectus necessa-

rius est homini quantū ad desideriū nō quātū ad exercitiū exteriorū operum: qđ sic patet: Quilibet eñ in hac vita quantūcūq; sanctus: debet dicere cū ꝓpha: Et dixi nūc cepi: quia cum ꝯsūmauerit hō. i. cū ad ꝑfectionē magnā deuenerit: tūc incipiet. i. tunc sibi videri debet in aīo ꝙ primo incipiat. vt patz Eccī. xviij. vnde dicit Greg. Hec est ꝑfectoꝝ summa iusticia vt se nūq̄ ꝑfectos credāt nec ibi deficiendi incidāt ꝑiculū vbi ꝓficiēdi deponūt appetitū. Signāt āt dr: ꝓficiēdi appetitū: ⁊ nō dic̄/ꝓficiēdi exercitiū: innuēs ꝑ hoc: ꝙ ꝯtinuus ꝓfectus est habend⁹ in desiderio non aūt in opis exercitio. Uñ de tali ꝯtinuo ꝓficiēdi desiderio pōt intelligi qđ scribit Prouerb. iiij. Justorū semita. i. exēplaris eoꝝ ꝯuersatio ꝟtuosa: est q̄si lux splēdens: ꝑ boni scz exēpli euidentiā ⁊ crescens vsq; ad ꝑfectā diem. i. vsq; ad ꝑfectam mētis claritatē ꝑ meritoꝝ scz affluentiā. C ¶ Circa tertiū est sciendū: ꝙ gr̄e augmētate ꝯtinua ꝯseruatio ꝯsistit in oīmoda mētis ad deū subleuatiōe: vt iam solū ea q̄ sursum sunt mēti sapiāt: nō q̄ sup terram/vt scribit Colo. iij. Uñ tales boies nō viuunt sibi ꝑ ꝑis: sed soli deo. Nec mirū: qꝛ ſm Aug. tales mentes nō viuunt vita sui: sed solū vita dei: dicētes cuz apl'o. Uiuo ego scz vita gr̄e ⁊ virtutū iam non ego/subaudi/ſm carnē/vel ſm veterem hominē: viuit aūt in me christus: inquātū sub eius spiritu viuo: ⁊ eius exemplis adhereo. Unde tales mentes perfecte possunt dicere illud Job. xxiij. Uestigia eius secut⁹ est pes meus: viam eius custodiui et non declinaui ab ea. In quibus verbis tria innuunt. Primuz est ipsius christi ꝑfecta imitatio/q̄ notat cū dr: vestigia ei⁹. i. exempla/monita: ⁊ mādata eius: secutus est pes meus. Uñ Hugo sup illđ Eccēs. ij. Quis est hō vt sequatur factorem suuz: dicit. Ille sequitur factorē suū/q̄ rendit ad bonum ad qđ dirigit. qui festinat ꝑuenire ad qđ inuitat: q̄ iubentis impio ad oīa volūtate spōtanea se inclinat. Secundū est diuine charitatis que est lex dei ⁊ mandatoꝝ ipi⁹ studiosa adimpletio. qđ notat cū subdit: viā eius custodiui/tam in opatiōis effectu q̄ in intentiōis affectu. quia iusti totā intētionē dirigere debēt vt ei⁹ voluntatē in oībꝫ etiā in quātūcūq; arduis adimpleāt: Jō dic̄ ꝓpheta Propter verba labioꝝ tuoruz ego custodiui vias duras. Tertiū est finalis ꝑseuerātie in talibus bonis indeclinabilis obseruatio que notat cum annectit: et non declinaui ex ea. Prouerb. iiij. Nec declines ad dexterā/nec ad sinistraz: qꝛ nec per statum ꝓsperitatis q̄ intelligitur ꝑ dexteram/nec aduersitatis que intelligit per sinistram/homo iustus debet deflecti a ꝑseuerantia virtutis Quia ſm Bern. Perseuerātia ē singularis filia summi regis que sola triumphantibꝫ reddit brauiū eterne retributionis. D ¶ Sciendū aūt ꝙ in isto templo spirituali diuina p̄sentia ostēdit tribus modis. Primo nanq; se ostendit mentibꝫ deuotis ad modum dulcoris ineffabiliter delectantis. Qđ patz: Nā ex verbi eterni presentia/mens rationalis tanto dulcore ꝑfunditur/ꝙ in ea omnis carnalis delectatio funditus absorbetur/intm̄ vt de labore requiem/de tribulatione leticiam/de cōtumelijs gloriam habeamus. vt dicit Bern. Secūdo se ipsis ostendit per modum splēdoris mentaliter radiātis. Et iste modus competit ꝟbo eterno ex eo ꝙ est splendor paterne glorie: vt scribit ad

Heb. j. Ex hac aũt irradiatiõe mens deuota illustrat: vt in oĩbꝫ agendis volũtatẽ diuinã agnoscat: Qđ petijt ꝓpha cũ diceret: Doce me facere volũtatẽ tuã: ⁊ ꝙ i oĩbꝫ suis actiõibꝫ ⁊ desiderijs ꝑfecte diuino bñplacito ꝯformet/ ⁊ eiꝰ volũtas in diuinã voluntatẽ totaliter trãsformet. Tertio se ipis oñdit ad modũ fulgoris bñficantis eternaliter. Qđ pz: Nã verbũ eternũ est q̃dã refectio mẽtalis/ ⁊ q̃ddã gaudiũ intellectuale ipoꝝ angeloꝝ ⁊ oĩz btõꝝ/ q̃ pari voto ⁊ ꝯcordia plene possidẽt oẽm thesauꝝ totiꝰ sapiẽtie ⁊ bonitatis diuine. quia de torrente voluptat; diuine ꝯtinue potant. ⁊ ab vbertate suauitat; eiꝰ iugit inebriant/ q̃ ẽt fontẽ diuine suauitatis in ea puritate degustãt: in q̃ verbũ eternũ obiectiue fruit seipo. Cuius fruitiõis ⁊ gaudij nos ꝑ. ⁊c.

¶ De dedicatiõe sermo sextus. et in ordine. CCXII.

Agnus qui in medio throni est reget illos ⁊ deducet eos ad fontes vite aquaꝝ Apoca. vij. A ¶ Verbũ ꝓpositũ ꝯuenit cũ epl'a hodierna. In qua Joannes scribit: ꝙ ille q̃ sedebat in throno: dixit. Ecce noua facio oĩa: Et iõ ne q̃rat/ q̃s sit ille sedens in throno q̃ omnia innouat: Ideo Joannes hoc ostẽdit: dicẽs ꝙ ipe est ille agnus qui est in medio throni. ⁊c. Uñ in verbis ꝓpositis beatus Joannes euidenter ostendit ꝙ verbũ eternum mẽtes deuotas q̃ per gratiam dei meruerũt fieri templum dei Primo ꝑ seipm familiariter gubernat ⁊ regit/ ⁊ ideo p̃mittit: agnus qui in medio throni est reget eos. Scđo oñdit ꝙ eas intellectualit ꝑ suã pñtiam dulciter reficit/ ⁊ ideo subdit: et deducet eos ad fontes vi. aq̃. ¶ Ad euidetiã p̃mi tria sũt per ordinẽ declarãda. Primũ est quid ꝑ istum agnũ: ⁊ ꝑ thronũ in cuiꝰ medio visus est recte intelligat. Scđm est q̃bus ꝑfectiõibꝫ mens deuota ad istaꝫ istructionẽ amicabilẽ disponat. Tertiũ est q̃liter in mẽte deuota ista amicabilis istructio cõpleat. ¶ Propter primũ est sciendũ: ꝙ ꝑ istũ agnuꝫ recte itelligit verbũ eternũ ꝓ nobis ex charitate inestimabili ꝑsonaliter incarnatũ. Qđ rõnabilit in specie agni apparuit ꝓpter tria. Primo ꝓpter sue mãsuetudinis inestimabilẽ imitatẽ. Propter quã et oĩbꝫ homĩbꝫ grõsus ⁊ amabilis factꝰ fuit. Quã quidẽ mãsuetudinẽ duplici indicio euidenter ostendit. Primo qꝛ ꝓ oĩm cõtumelia sibi innocẽter irrogata nunq̃ verbuꝫ vel etiã nutũ turbatiõis ostẽdit. Secundo qꝛ nũq̃ ꝓ aliquo pctõ q̃ntũcũq̃ enormi aliquã pniaꝫ iniunxit/ sꝫ ex pietate ⁊ clementia reatũ oẽm peccantibꝫ misericorditer indulsit. Non tñ ꝓpter hoc sacerdotes in hoc christum debent imitari: vt penitentibꝫ ⁊ ꝯfessis nullã pniam iniũgant: Tũ qꝛ non hñt illã ptãtẽ/ ꝙ possint reatũ peccãti dimittere: licet possint pctã absoluere ⁊ ideo debẽt aliquã pniam penitenti iniũgere Tũ etiã qꝛ nõ habẽt plenaꝫ cordis ꝯgnitionẽ: vt sciant si tantꝰ sit dolor interior cordis q̃ sufficiat nõ solum ad verã ꝯtritionẽ/ sed etiã ad pene satisfactionẽ. Scđo dr agnus ꝓpt nature assũpte incõtaminabilẽ puritatẽ/ qꝛ naturã hũanaꝫ assumpsit: vt nos a pcti ꝯtagione mũdaret. Et ideo sm Aug. decuit vt ille merito tanq̃ agnus innocẽs a pctõ ĩmunis existeret: q̃ nos a reatu pcti mũdare deberet. Tertio dr agnus ꝓpt sue p̃figuratõis repñtabilẽ veritatẽ. Nã agnus legalis fuit figura veri sacrificij ꝑ chri-

stum in ara crucis oblati. Et iō rōna biliter in figura agni Joanni appuit Ut oñderet se esse illud verū sacrificium in lege veteri p agnū p̄figuratū. ¶ Per thronū aūt in q̄ iste agnus visus est/intelligit̄ nature diuine dignitas ⁊ celsitudo: q: iste thron⁹ est interminabilis eternitate: Et ido scribit̄ in ps̄. Thron⁹ tuus de⁹ in seculū seculi q: eternaliter firm⁹ existit ꝓpter suaz interminabi'ē eternitatē: Jō dic̄ ꝓpheta: Ipsi peribūt ⁊ oēs sicut vestimētū veterascēt: tu aūt idem ip̄e es: ⁊ anni tui nō deficient. Signanter aūt iste agnus visus est in medio throni: q̄a verbū eternū est media in trinitate p̄sona. Pater em̄ est innascibilis: ⁊ iō est p̄ma p̄sona cū nō sit ab alio. Fili⁹ aūt est verbum a p̄re eternaliter genitū. Spūs aūt sctūs est amor ab vtroq; ꝓcedens. Et q: s̄m Aug. p̄or est noticia q̄ amor: ideo filius est media p̄sona i trinitate: spūs aūt sctūs est tertia. B ¶ Propter scdm est sciendū q̄ mens deuota ad istā instructionez verbi eterni triplici pfectiōe disponit̄. Prima ꝯsistit in q̄dā ꝯformitate diuine assimilatiōis. Scda in sapiditate ꝟtuose opatiōis. Tertia in q̄dā suauitate diuine p̄gustatiōis. ¶ Primū pz. Nā imago rōnalis in scipa: nō ē aliud q̄ q̄dā refulgētia diuine claritatis: ⁊ q̄dā repñtatio diuine assimilatiōis. Ita q̄ de⁹ de potētia ordinata nō posset ꝓducere creaturā maiorez assimilationē habentē ad repñtandū imaginē increatā: q̄ sit imago rōnalis ⁊ intellectualis nature. Et iō bene scribit̄ in ps̄. Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe. in q̄ innuit̄ pfecta assimilatio increate imaginis refulgēs in ip̄a mente. Ex ista pfectione diuine assimilatiōis: h̄ est ꝓpriū anie rōnali: q̄ in nullo bono creato pfecte q̄etari possit nisi in solo bono diuino: quia ibi solū inuenit oēm rōnē appetibilis. ¶ Secūdū pz: Nā ex fecunditate ꝟtut̄ appetit⁹ hoīs ꝟtuosi/sic ē habituat⁹ i exercitio virtuoso/q̄ in oēm actū virtutis ita ꝓmpte ⁊ delectabiliter inclinat̄/acsi talis inclinatio sibi esset nāliter cōplātata. Et inde est q̄ cor ꝟtuosū magnā sibi penā reputat/si p aliqd̄ ipedimentū a ꝟtutis exercitio retardet̄. ¶ Et iste mētes sic firmate in bono virtut̄ thesaur̄ virtutis possidēt tribꝰ modis. Primo q̄dem in dulcore pfecte suauitat̄. Secundo in virore pfecte vitalitat̄. Tertio in splendore pfecte deiformitatis. ¶ Tertium pz: Nam verbū eternuz puris mentibꝰ ⁊ deuotis: qñq; īfundit quandā pregustationē ineffabilis suauitat̄ diuine dulcedinis. Quā iō diuina clementia suis amicis specialibus interdum momētanee confert: vt tedium ⁊ merorem presentis exilij tolerabilius supportent. Et istam pregustationem diuine dulcedinis mēs rationalis assequit̄ tribꝰ modis. Primo ex dulci amplexu diuine charitatis/que cor amorosum sic intime i bono diuino strīgit et ligat: q̄ de nulla alia re possit delectabiliter cogitare. Talem gustū senserat Aug. cum dixit: Intromittis me qñq; in tam inexptam dulcedinez: q̄ si pficeret̄ in me: nescio si qua vita dulcior esse posset Secūdo innascit̄ ex liberali influxu diuine bonitatis. qd̄ pz p h̄: q̄ opus summe delectabile qd̄ de⁹ in creaturis opat̄ est illud: q̄ mentē purā ⁊ deuotam iocunda sua p̄ñtia reficit. Et ideo ip̄emet diceret Prouerb. viij. Delicie mee esse cuz filijs hominū: ip̄oꝝ scz mentes interna dulcedine recreando. Tertio ex iocūdo illapsu diuīe p̄sentialitat̄: q̄ habz ex sue nāe ꝓpetate

q̃ pre excessiua sua dulcedie oẽm aliã delectationẽ annihilat ⁊ absumit. In cui⁹ figura s̃m Bern̄. serpens Moysi oẽs serpentes magoꝝ ꝯsumpsit. Et sõ dicit Greg. ꝙ gustatu spũ dei/desipit oĩs caro. qꝛ ex hoc oĩs carnal' delectatio reddit' insipida mẽti deuote.

C ¶ Propter tertiũ est sciendũ/ꝙ ad pleni⁹ cognoscendũ q̃liter ista instructio amicabil' in aĩa ꝯpleat tria sunt videnda. Primũ est in q̃ ista instructio formalit' ꝯsistat. Scd̃m ẽ q̃liter in anima deuota ꝯpleri debeat. Tertiũ est quos fruct⁹ aĩa deuota ex illa instructiõe ꝑcipiat. ¶ Propt' primũ est sciendũ/ꝙ ista instructio formalit' ꝯsistat in quodã ĩfluxu diuini lũinis ex q̃ aĩa de om̃i ꝟitate ad salutẽ spectãte ĩ momẽto edocet': ꝓut etiaꝫ ip̃e chr̃s suis discipul' ꝓmiserat Joãnis. xvj. Cũ autẽ venerit ille docebit vos oẽm veritatẽ Qualit' aũt illã doceat: Gregori⁹ ostendit dicẽs/ꝙ mox mentẽ tetigisse/docuisse est. Et de tãto doctore multũ gaudere debꝫ aĩa fidelis. Ad qd̃ hortat' ꝓpheta Joel. ij. Filie sion gaudete ⁊ letami in dn̄o d̃o vr̃o: qꝛ dedit vobis doctoreꝫ iusticie. ¶ Propt' scd̃m est sciendũ/ꝙ ista instructio ꝑ hoc complet' in aĩa deuota: ꝙ mẽs ei⁹ abstrahit' ⁊ denudat' ab om̃i specie creata: ⁊ stat simplicit' eleuata ⁊ suspensa in sup̃ma vi ip̃ius intelligẽtie: que s̃m Boeciũ. sola capax est illius simplicis forme omnia alia formant'. Ad qd̃ hortat' Esa. lx. Surge illũinare hierusalẽ: qꝛ venit lumen tuum ⁊ gloria domini sup̃ te orta est. ¶ Propter tertiũ est sciendũ/ꝙ ab isto influxu diuini luminis mens rationalis triplicem fructũ cõsequitur. Primus est vnitas ꝑfecte simplificationis: quia mens virtute hui⁹ luminis ad hoc deducit'/ꝙ solũ vnum querit sicut soluꝫ vnũ diligit. ⁊ nihil sibi sapit in rebꝫ creatis: nisi hoc vno cõdiat' Ideo dicit cum ꝓpheta. vnã pecij a dn̄o hanc requirã. Scd̃s est ꝑfecta assecutio diuine assimilatiõis: q̃a mens ꝑ lumen diuine sapientie transformat' in ꝑfectã assimilationẽ veritatis diuine. Jõ scribit'. j. Joh. iij. Scimus qm̃ cũ appuerit sil'es ei erim⁹. Tertius est ꝙ ꝑ influxũ diuini lũinis mens rõnalis p̃ interna suauitate ꝑducit' in ꝑfectaꝫ ignorantiã sui ⁊ oĩm alioꝝ. Exemplũ in apostolis qui ex inspecta luce illi⁹ corꝑalis claritat'/ quã chr̃s eis in transfiguratione ostendit tantã mentis alienationẽ incurrerũt: ꝙ sui ⁊ oĩm obliti in illa dulcedine iugiter manere voluerũt: dicẽtes. Dn̄e bonũ est nos hic esse. Ex q̃ euidenter ꝑtꝫ quantã mẽtis alienationẽ incurrerũt cũ vmbrã veri gaudij. ip̃m gaudiũ putauerũt. Cui⁹ veri gaudij ⁊c̃.

¶ De dedicatione eccl'ie sermo septimus. Et in ordine. CCXIII.

Secundo in verbis p̃missis oñdit' q̃liter ꝟbum eternũ mẽtes deuotas ꝑ suã p̃sentiã dulcit' reficit: qd̃ notat' cuꝫ subdit': ⁊ deducet eos ad fon. vi. aqua. A ¶ Ad cui⁹ euidentiã tria sunt declaranda. Primũ est q̃s sit fons vite ex cui⁹ gustu mentes deuote tam dulcit' recreant'. Scd̃m est quõ iste aque viue a nobis hauriant'. Tertiũ est quos fruct⁹ mentes deuote ex isto gustu amabili ꝯsequantur. ¶ Propter primũ est sciendũ/ꝙ iste fons a quo aque viue emanãt est cor paternũ qd̃ est origo ⁊ p̃ncipiũ om̃is vite/videlicꝫ nature gratie ⁊ gl'ie. Cuius ratio est: qꝛ a corde paterno emanat ipsum verbum eternũ: in quo oĩa creata vitalit' p̃existunt: imo sunt ip̃a

vita Joan.j. Qd factū est in ipo vita erat. Et ido dicit Aug⁹ q creatura in deo est ipsa creatrix essentia. Et quia omis vita nr̄a siue sit nature/siue gr̄e siue gl̄ie in nos emanat ⁊ fluit a verbo eterno qd cōcipit in ipo corde paterno. Ideo bn̄ dictū est q fontale pncipiū hui⁹ aque viue est ipm cor paternū. Et ꝓpter hoc scribit Jaco.j. Omne datū optimū/⁊ omne donū pfectū desursum est descendens a pr̄e luminuz Dicit aūt ipe pat luminū ꝓpter alias duas psonas q ab ipo originalr emanant. Et ideo dicit Dionysi⁹. q pater est fontana deitas/filius aūt ⁊ spūsscrūs sunt q̄si riuuli deigene deitatis

¶ Sed hic incidit rōnabilit duplex q̄stio. Prima est cuz fons vite sit tm̄ vn⁹ Juxta illd. Dn̄e apud te est fons vite. quare g̃ Joānes ipm pluralit ex pmit/cū dicit: ad fontes vite aquaꝝ. Scda est vtrū istas aquas vite ⁊ earū gustum possit vna psona sine alia deuotꝫ mentib ꝓpinare. Quaꝝ solutionē habes in scdo mēbro de vndecimilib ꝟginū sup eodē themate. B

¶ Propter scdm est sciendū/q quia pute⁹ paterni cordis alt⁹ est: ⁊ hō ex se nō habet vnde de ipso hauriat. Ideo oꝑtet necessario q aque isti⁹ fontꝫ ducant ad nos p quasdā cānales vt sic ipas haurire possim⁹. Et qꝛ aqua profundi putei hauriri nō potest: nisi mediante fune ⁊ vrna a ꝓpendente. Ideo ad maiorē euidētiā. Primo sciendus est: q iste cānales pn̄t dici vene ipius christi que ꝓpter vnionē verbi existētis in ipso patre attingūt ipm cor paternū: ex quib etiā stillicidia gr̄e vsq ad nos descendūt. Fons em̄ gr̄e multo tempore fuit nobis obstruct⁹ per peccatuz: nec poterat in nos defluere nisi mediāte christi humanitate ꝟbo eterno hypostatice vnita. ¶ Sciendum est tn̄ q iste cānales erāt obstructe vsq ad passionē dn̄i: qꝛ tunc pmo fuit solutum preciū p peccato p effusionem sanguinis chr̄i. Et inde est q tanto desiderio estuabat nob aquas gr̄aꝝ effundere/q instante hora passionis de om̄ib mēbris suis sanguineū sudorem emisit. Et ex tunc in cruce om̄es sue vene sunt apte in pforatione manuū ⁊ pedum in quib est cōcursus venaꝝ: vt sic riui gratiaꝝ in nos copiosi⁹ emanarēt: ⁊ ad vltimuz de ipa vena cordis exiuit sanguis nr̄e redemptiōis ⁊ aqua nr̄e spūalis regenerationis p quā purificati ⁊ scrificati: capaces efficimur istaꝝ aquaꝝ spiritualiū: q̄ a chr̄o in nos capiose fluxerunt. quia nō solū nos abluit a pctō: sed etiā reatū peccati p nobis exoluit De quaꝝ etiā inundātia pōt intelligi qd scribit Gen. vij. Rupti sunt om̄s fōtes abyssi: ⁊ mltiplicate sunt aque ⁊ eleuauerūt arcaz in sublyme: quia in passione christi: rupti ⁊ aperti sunt fontes diuine miseratiōis: ⁊ ex hoc in nos mltiplicate sunt aque celestium gratiaꝝ: ex quarū gustu arca mentis nr̄e eleuat in sublime. Quia p hoc cor nr̄m inflāmat diuino amore: ⁊ mens nostra exinde reficit spūali dulcore. Iste autē aque a nobis hauriunt: cū ad eaꝝ receptionē nos p̄param⁹ p liberū arbitrium ⁊ feruens desideriū. Hauriunt aūt funiculo fidei/q̄ firmiter credim⁹ verbū eternū p nostra salute incarnatū ⁊ passum: qui qdem funicul⁹ vsq ad cor pr̄nuz attingit. Ideo dicit Bern. q fides attingit in accessa ꝯprehendit īmensa: ipam ꝟbo eternitatē suo sinu vastissimo circūcludit. Ipsa em̄ est q̄ pctōres saluat: cecos illuminat: fideles ⁊ iustos augmētat: ⁊ in eterna btitudine cuz angel collocat. Hic etiā funicl'us fidei

debet habere vrnam appensam p quã istas aq̃s nob attrahamꝰ. Que q̃dez vrna est feruẽs desideriũ bonoꝝ celestiũ q̃ aque viue potissime adq̃runt. Jõ scribit Apoc. xxj. Sitienti dabo fontẽ aq̃ viue gratꝭ. Hec aũt vrna dz esse aurea/ ꝓpt charitatꝭ feruorẽ: ꝛ cõtinere mãna ꝓpt dine suauitatꝭ dulcorẽ: qꝛ tal' mẽs dino amore succẽsa: gustũ dine dulcedinis crebriꝰ expit. L

¶ Propt tertiũ est sciendũ/ ꝙ ex gustu istaꝝ aquaꝝ triplicẽ fructũ amabilẽ ꝯseq̃mur. Primus est qꝛ oẽm sitim trenaꝝ rerũ excludũt. Unde dixit saluator Joã. iiij. qui biberit ex aqua quã ego dabo ei nõ sitiet ampliꝰ. Qd declarat Chryf. tali exẽplo. Nã sic ille q̃ fontẽ hẽret in se positũ sitire nõ possꝫ Ita nulliꝰ rei tpalis sitim hẽre põt qui semel nectar celeste gustauerit. Secũdus est qꝛ mentẽ q̃ eis reficit ad gaudiũ eternitatꝭ pducũt. Qd etiã videt inuere saluator vbi ẽ. Joh. iiij. dicẽs Aqua quã ego dabo ei fiet i eo: q̃ scꝫ ipam degustat/ fons aq̃ saliẽtꝭ. i. ipm affectũ salire facientꝭ in vitã eternaꝫ. Nec mirũ: qꝛ dicit Augꝰ vere non est aliq̃d sup terrã qd mens possit appetere q̃ semel nectare diuie dulcedinis potata fuerit. Tertiꝰ est/ qꝛ iste aque gustũ suauissimũ mentibꝫ deuotꝭ cõferũt. Ad cuiꝰ pceptionẽ hortat ꝓpheta cũ dicit Gustate ꝛ videte qm̃ suauis est dñs. Significant autẽ gustũ cognitioni p̃mittit: qꝛ istã dulcedinẽ nullus estimare põt nisi solũ ille qui eã expimẽtalit degustauerit. Nam h diuina suauitas ex sua nãli ꝓprietate habet/ ꝙ interiorẽ gustũ mentꝭ tãta delectatiõe pfundit/ ꝙ oẽm dulcedinez creatã in quãdã insipiditatẽ ꝛ amaritudinẽ cõuertit. Cuiꝰ rõnem Bern. p hoc assignat/ ꝙ solus gustus diuine dulcedinis est gaudiũ purũ plenũ et pfectũ. Dicit aũt illud gaudiũ purũ qꝛ nulla est amaritudine pmixtũ. Dicit aũt plenũ: qꝛ satiat totũ anie desideriũ. Sed etiã dicit pfectũ: qꝛ nihil sibi addi põt qd ipm augmẽtet. Sic nec punctꝰ additꝰ linee ipius q̃ntitatẽ in aliquo augere põt. Tãta est eñ efficacia istiꝰ gaudij ꝙ totã aiam absorbet: ꝛ in suij p̃ius defectũ ꝛ alienationẽ inducit. Teste Ber. q̃ dic. Pregustato q̃ꝫ suauis est dñs/ ania fidelis in gaudiũ dñi transit: ꝛ ibi inebriata ꝛ in seip̃a deficiẽs tota in deũ pgit ꝛ velut modica stilla in dolio vini fusa in dilectũ suũ totalit transformat: ibiq; cantꝰ iubilatõnis emittit. Quẽ iubilum no. conce. ꝛc

¶ De dedicatõe eccl'ie sermo octauꝰ Et in ordine. CCXIIII.

Vidi ciuitatẽ scrãm hierl'm nouã descẽdentẽ de celo/ a deo paratam/ sicut sponsaꝫ ornataꝫ viro suo Apoc. xxj. A ¶ Verba ꝓposita que scribunt in epl'a hodierna spũalit intellecta possunt esse dicta in psona militantꝭ eccl'ie. Uel etiã cuiuslibꝫ fidel' anie/ que ad h est disposita vt digna sit effici templũ dei/ quã etiã ꝟbũ patris p gr̃am inhabitet ꝛ eã p suã amabilẽ p̃sentiã scrificet. In quibꝫ verbis ania deuota describit ad duo. Primo quo ad statum pfectionis quã hꝫ in p̃senti vita/ qd notat cũ p̃mittitur. Uidi ciuitatẽ scrãꝫ hierl'm/ nouã descẽdentẽ de celo. Scdo describit quo ad statũ pfectionis quã habebit in vita btã/ qd notat cum subdit: a deo paratam/ sicut sponsaꝫ ornatã viro suo ¶ Circa primũ est sciendũ/ ꝙ pfectio disponens aiam in vita p̃senti vt digna sit effici templũ dei ꝯsistit in tri-

bus. Primo in sublimatione virtuosa qua virtutibus adornat. Scdo in illustratiõe gratiosa qua p gr̃am illustratur. Tertio in ꝯformatiõe speciosa: q̃ chr̃o in vita ⁊ moribus ꝯformat. Propter p̃mũ p̃mittit. Vidi ciuitatẽ sanctam. Propter scd̃m subdit/ hierusalẽ nouã. sed ꝓpter tertiũ ãnectit: descendentẽ de celo. ¶ Ad primi euidẽtiam est sciendũ/ q̃ sublimatio virtuosa q̃ntum ad p̃sens cõsistit in duobus. Primo in sensuũ tam exterioꝝ q̃ꝫ interioꝝ pfecta restrictione. Propter quã quidẽ restrictionẽ ⁊ custodiã ipa mens pura Joãni sub specie ciuitatis apparuit: cum dicit. Vidi ciuitatẽ. In hac aũt ciuitate s̃m Aug. de ciuitate dei. Rex est ipsa veritas. Lex est ipsa charitas/ sed vita est ipsa eternitas.

¶ Conuenient autẽ mens deuota in suis sensibus custodita ⁊ restricta ciuitati comparatur: quia talis mens triplici muro cingit. Primo quidẽ muro diuine ꝓuidentie q̃ hoiem a multis malis sepe p̃seruat/ in que ex fragilitate ꝓpria labi posset. Vñ dicit Aug. q̃ omnia illa nobis debem⁹ censeri dimissa/ a quibus nos diuina ꝓuidentia p̃seruauit. ¶ Sciendũ aũt q̃ p hũc murũ diuine ꝓuidentie a triplici malo p̃seruamur in qu ex nobis facilit labi possem⁹. Primo nãq̃ p̃seruamur ab h̃ malo q̃ nullũ temere iudicem⁹ Scdo ab hoc malo q̃ nũ q̃ꝫ alicuius hois defectũ nimis aggrauem⁹: quia h̃ est ꝓpriũ puri cordis ⁊ hois virtuosi: q̃ semp suos defect⁹ aggrauet: ⁊ alterius alleuiet. Cuius ratio est: q̃ cuilibet homini mag̃ sunt noti defect⁹ ꝓprij/ q̃ꝫ alieni. Et iõ plus debet aggrauare defect⁹ ꝓprios q̃ꝫ alienos. Tertio p̃seruamur ab h̃ malo/ q̃ nullum hoiem ꝓpter suos defect⁹ ꝯtemnam⁹. Qui em̃ ꝓpriã fragilitatẽ diligent ad uerteret/ clare cognosceret q̃ in maiores defectus labi potuisset/ si ip̃m diuina clemẽtia misericordit non p̃seruasset. Et ideo p hoc q̃libet mag̃ inducit ad ꝓximo cõpatiẽdũ: q̃ꝫ ad ip̃m ꝯtemnendũ. ¶ Scdo talis mens cingit muro angelice custodie: ido dicit anime deuote Esa. lxij. Sup muros tuos hierusalẽ ꝯstitui custodes tota die: ⁊ tota nocte nõ tacebunt laudare nomen dñi. Ab hoc etiã muro angelice custodie hõ triplicẽ vtilitatẽ cõsequit. Primo nãq̃ angeli nos custodiunt bona suggerẽdo. Scdo nos a mal' cõcupiscẽtijs retrahẽdo. Tertio circa nos hostis seuiciã cohibẽdo: nõ pmittẽtes nos tam acriter ipugnari: sic libent faceret ex sua corrupta voluntate. Cui⁹ exemplũ habem⁹ in serpente primũ lapsum hois psuadente quã spẽm s̃m Aug. diabolus non assũpsit ex arbitrio ꝓprio/ sed q̃ nõ est p missus aliã spẽm assumere/ in q̃ magis potuissꝫ sua calliditas occultari.

¶ Tertio cingit muro ꝓprie diligẽtie ⁊ circũspectõis attente. Nec aũt circũspectio ꝯuenient figurat in q̃tuor aĩalibus scrĩs q̃ erãt plena ocl'is ante ⁊ retro. Quia diligẽs circũspectõ ex cõditiõe p̃teritoꝝ accipit cautelã futuroꝝ. Nã ex h̃ q̃ hõ recolit se q̃nq̃ꝫ in p̃terito ex leui tẽtatiõe supatũ/ dꝫ accipe cautelã in futuro/ vt a maiori tẽptatiõe diligẽti⁹ se p̃fuet. Erãt etiã ista aĩalia ocl'ata ab int⁹ ⁊ ab extra/ ad designãdũ q̃ mens in pfecta puritate nõ põt subsistere/ nisi sit in diligẽti custodia sensuũ interioꝝ ⁊ exterioꝝ. Diligent p̃cauens/ ne menti aliqua spẽs illabat que ei⁹ puritatẽ valeat obfuscare. Talis aũt mens p̃dictis muris cincta/ nullis machinamentis mũdi: vel hostis poterit expugnari. Nec ad aliquã inordinatã ꝯcupiscẽtiã poterit.

inclinari. B ¶ Scdo sublimatio vtuosa ꝯsistit in oim virtutum et vnctionũ diuinaꝝ plenaria fecundatione/q̃ ꝯuenient inuit in ipa sctitate cũ dicit sctam. Uidi inqt ciuitatẽ sanctã. Sctũs em̃ idẽ est qd vnct⁹ vl' floridus: vñ vasa chrismate vncta sctã dicunt Ad designandũ ꝙ mens per spũsscti gr̃am sublimata iteri⁹ vngit spũsscti gr̃a: ⁊ iugit floret in vtutum vbertate ⁊ affluentia. Istoꝝ vngẽtorũ suauitatẽ ꝺgustauerat spõsa Cañ. j, cũ diceret. Meliora sunt vbera tua vino fragrãtia vngẽtꝫ optimis. Per vbera sponsi debem⁹ intelligere vber rimã diuine sapiẽtie ⁊ bonitatꝫ plenitudinẽ: ex quibꝫ nob effluit delectabil' gustus diuine suauitatꝫ ⁊ lac purissimũ diuine pietatꝫ. Que quidẽ vbera recte dicunt meliora vino: Quia gustus diuine suauitatꝫ incõpabilit' excedit triplicẽ ꝓprietatẽ vini/ ⁊ ꝫ in gustus suauitate/ q̃ꝫ in mentꝫ hilaritate q̃ꝫ etiã in mentꝫ securitate: q̃ qdẽ tria vinũ naturalit' efficit in hoĩe. Nã gustus diuini saporis in tanta securitate mentẽ ꝯstituit/ ꝙ nullũ opus q̃ntũcũqꝫ arduũ ꝑ amore diuino aggredi ꝑtimescit. Bene g̃ fidel' ania dicit ciuitas sctã: qꝛ ꝑ regeneratõis gratiaꝫ scrificata: ⁊ ꝑ donoꝝ diuinoꝝ affluẽtiã deo in spẽale habitaculũ dedicata L ¶ Scdo describit ab illustratione g̃tiosa. mẽtalit' ꝑ gratiã illustratur/ qd notat cũ subdit/ hierl'm nouã. Hec aũt mẽtis illustratio hic innuit ex duobꝫ. Primo ex mentꝫ in seipa ꝑfecta q̃etatione. Scdo ex eius ꝑ gr̃am ꝑfecta inouatiõe. Propt' ꝑmũ ania fidel' dicit hierl'm: qd interp̃tat visio pacꝫ. Quia mens vtutibꝫ ⁊ gr̃a fecũdata ꝑfecta pace in seipa fruit: qꝛ nullã sentit repugnantiã viriũ inferioꝝ ad supiores. Cui⁹ ratio est: quia mens rõnalis ꝑ donũ gr̃e adeo firmatur in bono virtutꝫ/ ꝙ q̃si reddit inflexibil' ad opa viciosa. Et ido in tali mẽte sic pacata/ ipe sponsus appetit delectabilit' habitare/ dicẽs illd Cantico rũ. iiij. Ibo ad montẽ myrrhe: ⁊ ibi loquar sponse mee. Mens em̃ charitate inflãmata recte mõti cõpat: qꝛ perferuẽs desideriũ in amore diuino eleuatur ⁊ suspendit. Sed iõ dicit mõs myrrhe: qꝛ ardor diuini amoris/ oẽm mẽtis fluxibilitatẽ desiccatꝫ ⁊ repmit. Myrrha nãqꝫ naturalit' hꝫ humorẽ desiccare: ⁊ a corruptõe putredinis ꝑseruare. Sic aũt mẽte eleuata: ⁊ omi ꝯcupiscẽtia desiccata. tũc primũ sponsus loquit sponse sue. Que quidẽ locutio nõ est alid/ q̃ꝫ sue p̃ntie exhibitõ ⁊ diuini dulcoris ꝑgustatio. Que qꝛ ineffabil' est omi lingue. Ideo signat dicit apl's ꝙ audiuit arcana vba que nõ licꝫ hoi loqui. ¶ Propt' scdm nr̃a spũalis hierl'm dicit noua. Et h ꝯuenient. Recte em̃ ania ꝑ gr̃am illustrata dr noua: qꝛ est ꝑ gr̃am inouata/ oi vetustati peti depulsa. Ad qd hortat apl's Eph. iiij. cũ dic Renouami spũ mentꝫ vr̃e ⁊ induite nouũ hoiem qui fm deũ creat⁹ est in iusticia ⁊ sctitate veritatꝫ. In quibꝫ vbis ꝑfecte innuit renouatio nostre mentꝫ. Nam intellectus renouat ꝑ veritatẽ/ volũtas ꝑ iusticie rectitudinẽ: et tot⁹ hõ interior ꝑ sanctitatẽ. D ¶ In hac aũt mẽte sic renouata ꝑ iusticiã ⁊ sctitatẽ/ sponsus delectabilit' quiescit tribꝫ modis. Quia ꝑ suã amabilẽ p̃sentiã ĩhabitat tres vires ad imaginẽ ꝑtinentes. Nã Primo quiescit in memoria ꝑ amabilem p̃sentiam sue maiestatꝫ: qd ptꝫ per Augustinũ qui dicit. Tu dñe dedisti hanc dignationẽ memorie mee vt maneres in ea ꝑ dulcem videlicet amplexuꝫ tue amabilis p̃sentie. ibi te

inueni: nō nisi in te ⁊ supra me. Secū do q̄escit in intelligētia per contēplationē luciferam diuine veritatis. Uñ dr̄ Augustin⁹. Intraui intima cordis mei: ⁊ posui te ducē/ q̄m fact⁹ es adiutor me⁹. Intraui ⁊ vidi q̄licunq; oculo anīe mee supra mētem meam q̄ndā lucē incōmutabilem te deū meū. Tertio quiescit in volūtate per q̄ndā amplexū diuīe charitatis. ⁊ p̄ gustū mellifluū diuine suauitatis. De qua dicit Aug. in. xij. ꝯfes. Intrem i cubile meum. i. in interiora mentis mee: ⁊ cantem tibi amatoria cantica: ⁊ recordās celestis hierl'm extendo me in eā sursum corde ⁊ feruenti desiderio: ⁊ non auertar donec in ei⁹ pacem fiam: per dulcē. s. amplexū diuine p̄sentie: ⁊ saporē intimū p̄gustatiōis eterne. Quē saporem nobis p̄libatorie degustare concedat ⁊c̄.

¶ De dedicatiōe ser. non⁹
Et in ordine. CCXV.

Tertio spiritualis p̄fectio anīe deuote q̄ vult esse templū dei ꝯsistit in q̄dā cōformatiōe speciosa q̄ ip̄i christo in vita ⁊ moribꝫ conformat̄. quod notat̄ cū annectit̄: descendentem de celo. i. de celica vita christi: q̄ non soluz humanam sed etiam celestem vitam duxit i terris. A ¶ Nam s̄m Augustinū de ciuitate dei: ideo hec ciuitas dicit̄ de celo descendere. quia celestis est gratia que eam conformat/ et que ip̄am i baptismo sanctificat. Ad istam conformitatem imitatiōis hortat̄ apostol⁹ Roma. xiij. cū dr̄: Induimini dominū Jesum christū: vitā. s. ip̄ius ⁊ exempla imitando: ⁊ ei⁹ exemplis q̄ntum humana fragilitas patit̄ vos conformando. Hec cōformitas est illa vestis nuptialis sine qua nullus pōt ingredi ad nuptias agni. Unde scribit̄ Matth. xxij. Amice q̄modo huc intrasti nō habens vestem nuptialem: ¶ Est aūt sciendū: q̄ q̄cūq; vitā chr̄i imitari voluerit Primo debet esse hui⁹ mūdi perfectissim⁹ ꝯtēptor. Secūdo debet esse sue salutis ⁊ alioꝝ feruentissim⁹ emulator. Tertio debet esse diuinoꝝ beneficioꝝ ardēs ⁊ assiduus meditator. B ¶ Primo dico q̄ imitator chr̄i debz esse huius mūdi p̄fectissimus cōtemptor. q̄z oportet ip̄m exemplo chr̄i tria sponte deserere: q̄ hui⁹ mūdi amatores feruētius amplectunt̄: vicz ip̄as res exteriores: corp⁹ propriū: ⁊ p̄prie volūtatis arbitriū. Hec em̄ tria chr̄s perfectissime deseruit: q̄z res exteriores reliq̄t p̄ volūtariam paup̄tatem. Corp⁹ propriū reliq̄t per tormentoꝝ penalitatē Sed volūtatē p̄priam reliquit per diuinam conformitatē. Ideo dixit Joānis. vj. Non veni facere volūtatē meam/ sed eius q̄ misit me. ¶ Primum patz. Nam verus chr̄i imitator debet omnes res temporales relinq̄re p̄ volūtariam paupertatem. Exemplū huius bene patet in apostolis: in q̄rū p̄sona dicit Petr⁹ Mat. xix. Ecce nos reliq̄m⁹ omnia ⁊ secuti sum⁹ te. Et bene res temporales sunt merito relinq̄nde: q̄z mentem onerant ⁊ ab amore diuino ⁊ p̄fectu virtutis retardant. Uñ dicit Grego. Sanctis viris ip̄a rerū affluētia onerosa est: q̄z hoc ip̄m grauiter tolerant q̄ festinantes ad patriā in itinere multa portant. Et ideo aut contemnendo deserūt aut largiēdo distribuūt. ¶ Secūdū patz. Naz christ⁹ artissimam vitam duxit: quaz mox i sua natiuitate inchoauit: quando in presepio super fenū aridū positus fuit. Unde verus christi imitator debet corp⁹ suū propriū cōtemnere p̄

carnis macerationẽ: ⁊ cuiuslibet corporalis cõmodi vitationẽ/ q̃ꝫtũ humana fragilitas pati põt. Et ad istã imitationẽ christꝰ nos inuitat Mat. xvj Qui vult venire post me/ meã. s. perfectionẽ imitãdo: tollat crucẽ suã. i. voluntarie assumat mortificationẽ carnis ⁊ corpalis afflictiõis: ⁊ sequat me. Nam ſm Aug. tota vita christiani si ſm euãgeliũ viuat/ crux est atq; martyriũ. Et isti monitiõi bene sponsa obtẽperauit Cañ. v. Surrexi. i. ꝓpriũ cõmodũ corpis postposui: vt aperirẽ dilecto meo. i. vt ipi christo i meipa mãsionẽ amabilẽ ꝑparẽ: et me suis exẽpl' plenꝰ cõformarẽ. ¶ Tertiũ patet. Verus em̃ christi imitator debet exẽplo christi ꝯtẽnere aiam ꝓpriã ꝑ ꝓprie volũtatis abrenũciationẽ/ ⁊ per ꝑstine conuersatõis abdicationẽ: vt sic veraciter possit dicere cũ ipo christo: Non veni facere voluntatẽ meã. Debet etiã homo sic totalit' deserere ꝯuersationẽ pristinã ꝙ eã relinquat corpe/ mẽte ⁊ volũtate. Ad quod monet ꝓpheta cũ dicit: Obliuiscere ppl'm tuũ ⁊ domum patris tui. Ubi ꝑ domũ paternã debemus intelligere cõuersationẽ ꝑstinã. Ad quã redire ꝓhibet' sectator spũalis ꝑfectõis Matth. xxiiij. Qui in tecto est. i. qui vult subsistere in virtutũ munimẽto/ nõ reuertat' aliq̃d tollere de domo sua. Quia q̃ vite noue perfectionis studere voluerit/ oꝑtet ꝙ ꝑstinis suis desiderijs totaliter reluctet'/ exuendo veterẽ hoiem cũ actibꝰ suis: ⁊ induendo nouũ/ qui ſm deũ. i. ſm ꝯformitatẽ diuine imaginis creatꝰ est in sua ꝑmaria cõditiõe. L ¶ Secũdo dico ꝙ verus imitator christi debet esse sue salutis ⁊ alioꝝ feruentissimus emulator/ exẽplo christi: qui nostram salutẽ tã ardẽter ⁊ sollicite q̃siuit/ ꝙ Hugꝰ. ⁊ Bern̄. dicũt. Certe cũ miserationes eiꝰ circa me attẽdo: ita ipsum totũ circa meã custodiã occupatũ video: vt quasi oim alioꝝ sit oblitꝰ ⁊ tm̃ mee saluti vacare velit. Huius exemplo q̃libet anima fidelis tantum conatũ ꝓficiẽdi debet habere in amore dei ⁊ circa salutẽ alioꝝ: vt nihil reputet om̃ia bona opa que iam fecit/ ⁊ om̃ia dona dei que iam est per gratiã assecuta/ respectu eiꝰ qd̃ se sperat per gratiã assequendũ: vt sic possit dicere cũ apostolo Phil'. iij. Que retro sunt obliuiscẽs/ ad anteriora me extendo. ¶ Sciendũ autẽ ꝙ iste conatꝰ ꝓficiẽdi in melius innascit' ex tribus. Primo quidẽ ex tẽporis ⁊ vite labilis breuitate. Qui em̃ diligenter aduerteret incertitudinẽ ꝑsentis vite/ ⁊ ꝙ tẽpus quod nobis ad bene operandũ indulget' tam velociter decurrit: et ꝙ post hanc vitã per nullã penitentiã possimus minutissimã horã ꝑsentis tẽpis reuocare. Certissimũ est ꝙ talis magno conatu proficiendi inardesceret. Ad qd̃ etiaꝫ hortat' Sapiẽs Eccẽs. ix. Quantũ potest manus tua instanter operare: quia nec ratio nec sapiẽtia est apud inferos. q̃si di. ꝙ nulla ratione/ nulla sapiẽtia/ nulla potẽtia nob' possumꝰ post hanc vitã aliqd̃ meritũ cõparare. Scd̃o conatꝰ ꝓficiẽdi inascit' ex ꝑsentis tꝑis fructu ⁊ vtilitate. Qui em̃ diligẽter aduerteret quãtum boni in q̃libet momẽto tꝑis q̃s mereri põt ꝑ vnũ feruens desideriũ in deum: et a quantis pctis ⁊ penis homo seipm̃ ꝑ penitentiã in q̃libet pũcto tẽporis poterit expiare: et ꝙ impossibile est post hanc vitã per om̃es penas inferni de minimo peccato mortali diuine iusticie satisfacere: Nõ mirũ q̃n talis inardesceret magno conatu ꝓficiẽdi i melius. Unde piger ⁊ tardꝰ in bono opere per Salomonem monet' a formica

sapientiā discere q̄ in estate cōgregat cibum sibi ꝓuerb. vj. Sic ⁊ nos in p̄senti tp̄e quasi in estate apto scz ad bn̄ opandū debem⁹ virilit̄ bonis opib⁹ insistere seminādo in pn̄ti bona opa. vt post hanc vitā labilē possim⁹ metere fructū eterne retributionis. Nunc em̄ in labore ⁊ sudore seminam⁹ sed i futuro cū gaudio ⁊ exultatiōe metemus fructū eterne retributiōis. Tertio talis conat⁹ inascitur ex magnitudine celestis p̄mij. qz sic dicit Greg. Consideratio premij minuit vim flagelli. Qui em̄ suauitatē premij eterni ꝯsiderat: quicq̄d in pn̄ti momētaneū tolerat ꝓ nihilo reputabit. Et iō scribit Sap̄. xvj. Panez de celo dedisti eis sine labore. Non qz panis eterne fruitionis p̄stet alicui simplicit̄ sine om̄i labore: cum scriptū sit. Qui non laborat nō māducet. Sed cōpensato excessu q̄ p̄miū eternū ⁊ in suauitate ⁊ i durabilitate excedit momētaneū laborē pn̄tis vite/tūc labor pn̄tis vite q̄si nihil est respectu btitudis eterne.

D ¶ Tertio dico/ꝙ verus imitator christi/debet esse diuinoꝝ bn̄ficiorum q̄ nobis chr̄s impendit ardēs et assiduus meditator. Ut sic possit dicere illud Esaie. lxiij. Miserationuz dn̄i recordabor laudē dicam ꝓ om̄ibus que reddidit nob dn̄s de⁹ noster Anime nāqz fideli multū est vitanda ingratitudo/que s̄m Bern̄. Inimica est anime exinanitio meritoꝝ/dispersio v̄tutū: ⁊ ventus vrens/fontē pietatis desiccans. Tunc aūt in thesaurū pietatis diuine introimus quando iugi meditatione diuina beneficia cū gratiaꝝ actione deuota mente reuoluim⁹. Ad q̄d hortat Aug⁹ cum dicit Sicut nullū momētū est quo homo diuina beneficia non ꝑcipiat/sic nullū debet esse momentū/quo eū p̄sentem ꝑ gr̄arūactionē i memoria nō teneat: vt sic quotidie sue mentis resonet gr̄aꝝactio ⁊ vox laudis. ¶ Debemus aūt deo psallere laudes in psalterio d̄cachordo: Ut vicz ꝓ decē generib⁹ bn̄ficioꝝ sibi laudis p̄coniū exoluam⁹. q̄ quidē bn̄ficia sic docet colligere Aug. Nā primū bn̄ficiū est ꝙ te de nihilo creauit. Scd̄m est ꝙ te imagine ꝓpria insigniuit. Tertiū ꝙ nām nr̄am assumēdo nos sup oēm dignitatē angelicā sublimauit. Quartū ꝙ nos precioso sanguine suo ab eterna morte liberauit. Quintū ꝙ nobis ꝑ suā resurrectionē certā spem imortalitatis ꝯtulit. Sextū ꝙ nos in p̄senti exilio alimēto sui corporis enutriuit. Septimū ꝙ ip̄os innocētes a pctōꝝ laqueis in quos ex fragilitate hūana labi potuissent/tam misericorditer p̄seruauit. Octauū ꝙ mltos in ꝓfundū pctōꝝ lapsos tampie ꝑ gr̄am reuocauit. Nonū ꝙ multos bonos sic ꝑ gr̄am stabiliuit/ꝙ modicā aut nullam habent ꝓnitatem peccandi. Decimum ꝙ ita feruenter nostre saluti intendit/ꝙ s̄m Aug. cuilibet videri possit si fas est dicere, ꝙ deus nihil aliud agat/q̄z ꝙ nr̄e saluti intendat. Et quia istoꝝ beneficiorum prohdolor sunt multi imemores: Ideo dicit Bern̄. ꝙ taliū igratitudo fuit causa quare chr̄s fleuit in cruce. quia talis ingratitudo plus eum afflixit interi⁹ q̄z omnis dolor quem sensit exterius: vt ipse dicit. Et ideo talibus s̄m Augusti. dicet christus in extremo iudicio. Ecce hominem quem crucifixistis/videtis latus quod pupugistis: agnoscitis vulnera que inflixistis: que pro vobis aperta sunt: nec tamē ostium salutis intrare voluistis. Ite ergo maledicti in ignē eternū. sz ecōtrahis qui de precio sui sanguinis grati

extiterũt dicet illud verbũ mellifluuz Uenite bñdicti patris mei pcipite regnũ qđ vob paratũ est ab origie mđi. Cui⁹ regni nos pti. ⁊c.

¶ De dedicatiõe ser. decim⁹ Et in ordine. CCXVI.

